posita est, et opulentum Nosocomium. Hic singulis annis
prima Dominica mensis Maji Universalis totius Regionis Con-
ventus agitur, in quo omnes Masuelini generis incolae etiam ii, qui
decimum sextum aetatis annum attingerunt, comparere tenentur.

Cives partim Catholicii partim Protestantes sunt. Ulricus Zwin-
glius, qui religionem ipsius nomine Zwinglianam dictam in-
xit, hic an. 1560. Barochus fuit.

2^o Navolia | Naföl' | pulchrum Oppidum ad sinistram Linta,
qua hic ponte jungitur, ripam situm milliari communi Germani-
co versus Aquilonem à Glarona. In eo est C. C. Capucinorum Co-
nventum an. 1677. à Catholicis, id Zwinglianis agrè ferentibus, exci-
tatum, et an. 1679. benedictum coloro, ubi olim munitum Cas-
trum erat sedes olim Praefectorum Austriacorum, quod an. 1352.
excisum fuit. Incolae ad unum omnes Catholicii sunt.

Alias Oppidum istud in historia celebratur ob insignem vic-
toriam, quam an. 1388. 9. Aprilis ibidem Glaroneses de Austri-
acis reportarunt.

3^o Suanetum | Suanetum seu Suanet' | praestans Oppi-
dum et post Glaroneuse totius pagi maximum, situm eo loco
ferè, ubi Linta et Sornfa junguntur, milliari ad Austrum
à Glarona. Nomen traxisse videtur à Suanetis Alpium
incolis, quorum una cum Rhodanis illorum vicinis, nunc Vallis
Rhenana incolis, meminit Plinius lib. 3. c. 30. Cives Zwing-
liani sunt, hincque hujus pagi Protestantes suos conventus uni-
versales celebrant. Olim ei propugnaculum impendebat, quod
jam pridem excisum fuit.

S. VII.

De Pago Abbatiscellensi.

Pagus Abbatiscellensis | Der Canton Duggen Zoll sive Ab-
bt's Zoll | ordine et dignitate omnium Helvetiae Pago-
rum Decimustertius et Ultimus. Nomen habet ab Oppido
Abbatiscella dicto, quod totius pagi Caput est. Constat tri-
bus vel quatuor vallibus intra praeruptos montes collocatis.
Ejus longitudo à Meridie ad Septentrionem est 5. vel 6. Mil-

larium germanicum, latitudo 4. Limites habet ad Septentrionem
urbem et Abbatiam Sangalemensem, ad Occidentem et Meridiem Comi-
tatum Toggenburgensem, et ad Orientem valem Rhenanum. Sin-
tria: Dittor: et Unesa: Ronäff: fluvii illam perfleunt, qui
non procul à Teuffa: Fingom: iunguntur, ac prope Episcopalem
Bischoffs-Zellis Thaur: Hür: abstruntur.

Cum regio hæc intra Alpes posita sit, mole præcipuum partem à
re primaria faciunt, limum aliam vult, ibidque in Urbe Sangalen-
si vendunt. Gœminis cannabum in magnâ copia serunt, quod op-
time abdit. Abbatiscellenses corpore magis sunt robusti et
laures; in moribus simplices et rudes, aperti tamen et sinceri.

Antiquitus hujus regionis pars Abbatia S. galii subiecta fuit, ulte-
ra ad quosdam Nobiles pertinet, qui singulis annis ea re tributum
Imperatoribus prædebant, quod postmodum Imperator Adolphus
Napoliensis Abbati Sangalensi oppugnavit. Cum autem Nobiles,
quos Abbas simul tanquam Dynastas hisce Communitatibus præfere-
rat, populos illarum contra immunitates suas et consuetudines præ-
merent vexarentque, tandem hi divi et iniqui hujus jugi pesti-
an. 1401. ad arma convolarunt, et una cum rebus Sangalensis ci-
vibus, quibuscum foedus pepigerant, per septem annos adversus Abba-
tem feliciter pugnarunt, necnon simul et iterum profligatis illius
copiis, quinque Urbes occuparunt, et ultra 60. Arces exciderunt. De-
nique an. 1403. sub auspiciis Imperatoris Ruperti Constantia pax inter
illos conclusa fuit. tum Abbatiscellenses inter se commune quod-
dam regimen instituerunt ita, ut unicum per totam regionem
esset tribunal, unicum vexillum, et unica Communitas seu Republi-
ca, quod idem Imperator confirmavit ratumque habuit. at cum
an. 1411. novæ lites inter et Abbatem oborta fuissent, quæ
ei, qui ipsis longè potentior erat, obistere valerent, cum hec vicini
Bagis, Tigurinis scilicet, Lucernensibus, Svitiansibus, Subphylvanensibus, Tu-
giansibus et Glaronsibus foedus inierunt. Id agere admodum ferens Abbas
apud Papam et Imperatorem effecit, ut illa ipsos excommunicatione
percelleret, hic vero prohiberet; nec tamen hæc fulmina tenuerunt
Abbatiscellenses, qui adversus Abbatem magis exacerbavit; tandem post
quatuor annorum spatium sub Helvetiorum Bagorum mediatio-
re demum compositæ fuerunt. Denique an. 1452. foedus inierunt
cum septem vicinis Bagis, ac an. 1513. cæteris quinque recentioribus
etiam juncti fuerunt, sicque triduum Bagorum per ipsos comple-
tus fuit numerus.

Catholica et Zwingliana religio hic eundem gradum sustinent,
Zwingliani tamen Catholicos numero superant. Regio hæc ab
an. 1597. in duodecim Communitates dividitur, quas patria lingua
Rodan vocant, quarum sex interna: (divi Juris Rodan:) et sex
alia externa: (divi Augustini Rodan:) sunt; interna ad orientem posi-
ta sunt, externa ad occidentem. Illius regimine Democratici-
cum est. Ante religionis mutationem unicus, quod supra
memoravimus, hic fuit Senatus, Prætor, Tribunal, Status
civilis seu politia, verbo unica Communitas. at ubi an. 1587.
graves dispersiones Catholicos inter et Zwinglianos, qui ipsis erant
permixti, oborta fuissent, intervenire Cæteri Bagis, ipsisque
mediantibus an. 1597. conventum inter partes fuit, ut, quod

in posterum tranquillitas et pax perpetua inter utriusque Religionis
incolas stabiliretur, soli Evangelicam plagam occidentalem, et soli
Catholici orientalem tenerent. Ab eo tempore loco unius bina parva
Reipublica hic instituta fuerunt, quarum cuilibet suis propriis Brator
Tribunal, politica seu Status civilis et veridicum est. Quotum ad cau-
sas Ecclesiasticas seu Matrimoniales Protestantibus aequè ac Catholicis coram
Episcopatus Constantiensis Consistorio hic Tribunali comparere tenentur.

Duodecim haec Communitates, quamvis, ut non dictum, quoad regimen
divisa sint, communem tamen habent in Comitibus Helveticis Lega-
tum et Suffragium, Senatibusque veterat magnum retinent, penes
quem in omnes pagi incolas Suprema est potestas. Singulis annis ulti-
mâ Dominicâ Aprilis Abbatiscella Conventum agunt, in quo Supre-
mus Brator praesidet, cujus officium duorum annorum intervallo clau-
ditur. Ibi ex qualibet Communitate 12. Senatores eliguntur, adeo-
que universim 144. quibus magnum iste Senatus constat. Nulla
ipfis sunt Praefectura seu Dynastia, nihilominus quinque homi-
num milia in aërem educere possunt.

In hac regione voraginosum occurrit autrum, è quo, si quid
in illud projicitur, terribilis ventus erumpit. In montibus, qui
pagum hunc à valle Rhenana separant, exigui quidam piscosi
lacus sunt. Incola ajunt in illis tanta magnitudinis pisces
reperi, ut non nisi magnis, quae portari nequeant, arculistis
ocidi queant. Horum lacuum aqua per subterraneos et inco-
gnitos aqueductus disflunt. Notantur hic Duntaxat

1. Abbatiscella |: Duggen Zol:| magnum et pulchrum Oppidum
totius pagi Caput, à quo et ipse nomen habet. Situm est ad pedem
caucali montis et ripam Dintria |: Dittor:| fluminis 2. miliaribus
Helveticis ad austrum à S. Galo, et 6. ad septentrionem à Curia Rha-
tia. Initio diversorium Duntaxat fuit à quodam Monasterio
S. Galli Abbate circa Saeculum VIII. excitatum, cui postea propugna-
culum seu Castrum adjunxit, quod Cana dictum est; successu tem-
poris locus iste adeo frequentari cepit, ut tandem in magnum exce-
verit Oppidum, quod Abbatiscella |: Abbtz-Zoll Deinde Duggen Zol:|
dictum est. Ibidem adhuc cernuntur, ^{ruinae} Arx et propugnaculi Cana
remnantia, quod Abbatiscellenses in septem annorum bello, quod ini-
tio Saeculi XV. adversus Abbatem Sangabensem gesserunt, demoliti
sunt.

In hoc Oppido bina sunt Monasteria Capuicorum unum, qui an.
1580. hic suscepti fuerunt, alterum Monachorum, quod anno 1586.
eo loco excitatum fuit, ubi domus extiterat injuriam Evangelicam Me-
dicinae Doctoris, qui cum atrocem crimen auidam Sacerdoti Catholicis falso
impetisset, morte damnatus fuit. an. 1560. mense Martio Op-
pidum hoc incendio penè devastatum fuit; at caeteris Helveticis Pa-
gis opem ferentibus, mox restauratum fuit. Cives omnes sunt
Catholici.

2. Havisovia |: Havisau, Havisaw:| magnum Oppidum seu
pagus in septentrionalibus pagi finibus ad rivum, qui Boullbar dicitur,
collocatum duobus ferme miliaribus Helveticis ad austrum ab
Abbatiscella. Oppidum hoc vetustissimis pagi locis annu-

meratur, eique Ecclesia Parochialis jam ante Sigali in Helvetiam adventum, proinde ante Saeculum VII. statisse dicitur. Populosissimus et praestantissimus hujus pagi Protestantium locus est. In ejus vicinia occurrit fons, cujus aqua sulphurea est et frigida.

S. VIII.

De pago Tigurino.

Pagus Tigurinus | (Canton Zürich seu Züri) | inter pagos Helveticos foederis ordine quintus, dignitate vero primus, qui et in generalibus pagorum Helveticorum Comitibus Directorium gerit. Post Bernensem pagum ceterorum maximus est et potentissimus necnon populosissimus.

Circa ejusdem lacum nominis lacum in solo foetidissimo latet situm habet. Limites ejus sunt ad Septentrionem pagus Scaphusianus et Turgavia; ad Orientem Comitatus Toggenburgensis, Ursanenae territorium et Marchia; ad Meridiem pagus Lucernensis et Tugienis, necnon Praefectura libera; ad Occidentem Comitatus Basensis et Cetzovia.

Multis fluvii et lacibus, inter quos eminent Tigurinus, abundat, et plerumque praesertim secundum Rhenum proclava habet vineta. Quamplurima in eo numerantur Urbes, Castella, Oppida, et 150. circiter Baronia, p. Solum ejus frumentum aliasque fruges in satis magna quantitate profert. Montes, qui in eo satis frequentes sunt, foetidi sunt. Incola laboriosi sunt, ac inter alia pannum crispatum | Rompey, Crèpon | in tanta copia conficiunt, ut ex omnibus provinciis providere valeant.

Pagus ista ab Austro ad Aquilonem ad duodecim milliaria germanica, et ab Occidente ad Orientem ad sex porrigitur. In varias Praefecturas provinciales dividitur, quarum aliqua interna, externa aliae dicuntur; internarum Praefecti in urbe demorantur ac interdum duntaxat, et Statutis temporibus ad eas se conferunt subditis jus diuindignat; ac ceterarum Praefecti in illis continuo demorari tenentur. Internae 19. numerantur, ceterae autem 18.

Praeter has Praefecturas Urbis Tigurina supremum Dominionum agnoscunt liberae Urbes Vitodurum | Wintstorf | et Stemmum ad Rhenum | Stoin am Rhein |. Insuper ipsa cum pagis Bernensi et Glaronensi Comitatum Basensem, Bremoratum, Mellingam Urbes, necnon Praefecturas seu Dynastias liberas infra Marchiam lineam an. 1712. in pace constitutam; ~~et cum~~ ~~et cum~~ alis octo pagis Vallam Ahenanam, et cum septem veteribus Comitatum Saravaganensem; et denique cum alis undecim pagis Dynastias Italicas Luganensem, Locarnensem, Mendrisianam, et Madrianam possidet. Haec Regimen Aristocraticum regit, ~~et~~ ~~et~~ Incola Quingentiani sunt. occurrit

1^o Tigurum, Thuricum, Thuregum | Zürich seu Züri | Urbs antiqua, ampla, venusta, opulenta, negotiatrix, et pater Helveticam Urbium ferè omnium consuetudinem bene munita.

Illam Linnagus | Linnat | fluvius à lacu, qui ab ea Tigurinus dicitur, comprehens in duas partes inaequales dividit. Sita est 26. m. 45. lat. 47. m. 6. Vetera documenta illam modo Dusgum modo Thuricum nominant, saepius etiam à multis turribus

bus suis Turogum nuncupatur. Antiquam illam esse inde colligi-
 tur, quod jam aetate Julii Caesaris illius Insula ob praestita Cimbris auxi-
 lia in historia Romana celebrati fuerint. Attamen illius origo
 et fundator haecenus ignotifuerunt, communis opinio est, hic
 olim urbem Figurum dictam stetisse, à qua veteres Figurini
 nomen acceperunt, quam deinde 35. ante Christum omnis et a-
 te Julii Caesaris insinet incendit, ubi unam cum ceteris Helvetiae
 populis relicta patria in Galliam profecti Provinciam usque et
 Ouitaniam penetrarunt, ibi amorum vi sedem suam fieri, et à
 Julio Caesare fusi patriam repetere compulsi fuerunt, tuncque urbem
 suam Romanis oppressis à quibus subacti fuerunt, operum ferantibus
 demum exitate dicuntur. Genunt eam an. 498. à Suis et Bara-
 ris incensam fuisse et devastatam, postmodum vero à Codovaso
Francorum Rege, postquam an. 499. prope Tolbiaum [Zulzpf:]
Senicpat, nemora Sueviam, Turgaviam seu Thurogum et Figuri-
num [Zirufgar:] occupasset, è cineribus ductam fuisse. *igitur q. tractum*
 verisimile est Figurum ante Christi adventum, quemadmodum
 aliae Galliarum urbes liberam omnino nullique subiectam fuisse
 urbem, qua postmodum unam cum tractu suo à Julio Caesare et
 Cicerone Romanis subacta fuerit. Labascante dein Imperio
 Romano post Suevorum et Barbarorum seu Alamanorum facta est,
 tunc Francorum Regibus paruit, sub quorum dominio permansit, ac
 demum ipsi Imperialem dignitatem adeptis, Imperio adjecta est,
 quam Imperator Carolus Magnus, in qua aliquandiu demoratus
 est, praestantibus ornavit aedificiis. Sub Saxonibus et Suevis Im-
 peratoribus Praefatos habuit Suevia et Turgavia Principes, qui ab-
 soluto imperio eidem Dominati sunt usque ad an. 1218. quo, post
 quam Bertholdus V. Zaringia Dux fatis functus fuisset, procapia sua
 ultimus, Imperator Fridericus II. illam in Imperio immediatam
 tutelam assumpsit, variisque privilegiis donavit, qua postmodum
Rudolphus I. Imperator Habsburgicus non modo confirmavit sed et au-
 xit. Itaque libera et immediata urbs Imperii facta est, penes
 quod permansit usque ad an. 1351. quo quatuor Sylvaticis Urbi-
 bus, obtento inter illas primo dignitatis loco, foedere se junxit,
 sicque una cum toto suo tractu ab Imperio avulsa est.
 Quantum ad Veterum Figurinarum Religionem attinet, illius Julius
Caesar lib. 7. de bello Gallico meminit, atque illos Deam Aventinam
 totius Helvetiae patronam coluisse, ad cuius Templum Aventici [Wi-
 fliburg:] situm frequentes fiebant peregrinationes. Ubi autem
Reges Francorum Helvetiam subegerunt, tunc Religio Christiana,
 cuius lumina circa finem Sauli III. sub Imperatoribus Zirolariano et
Maximiano jam jecerant Felix et Regula gen Thalaeorum Legionem, *4 eius soror*
 qui ex Valeria, ubi eorum commilitones, quod Christiani essent,
 caedebantur, profugii Figurum se receperunt, ibique Martyrii pal-
 mam adepti sunt, in hoss Usterensis ossata fata hac urbe magna
 sumit incrementa, civisque loco Dea Aventica. Sometos ritos
 elegerunt in patronos. ubi hi 88. Martyres tumulati fuerunt Sa-
 calium exitate fuit, cuius loco Rupertus Alamanica Dux an. 680.
 amplam Ecclesiam ad formam Templi Salomonici construi cepit, quo
 88. Felices et Regula nuncupata fuit, et cuius Strukturam an. 769. Ca-
rolus Magnus complevit, an. 1187. Ecclesia Barochialis facta est.

in Helvetia
 Populus
 est.
 figura.
 Paganus Helv
 et in qu
 rit. Post
 hinc non
 lacuna
 tes ejus lat
 ad Orientem
 Manha;
 non Prop
 atgoria.
 brundat
 et vincta
 t. 180. vis
 in hatis
 entes hat
 ramum
 t es on
 via qu
 In vna
 na, re-
 vnter
 ferunt
 h con-
 rator.
 im
 moni
 ingan
 alia
 et cum
 Boni
 Papis
 rianam
 um vige
 :1 Urbi
 ater Hel
 unla.
 Tigi-
 lctat
 69. long
 ole Post
 turis

Ab eo tempore Tigurini semper Catholici fuisse usque ad an. 1519. quo Ulricus Zwinglius hujus Ecclesie Barochus novam introduxit religionem ex placitis Lutheri plerumque adumbratam, cum hoc tamen discrimine, quod verbum in Eucharistia Christi presentiam, quam Lutherus admittit, ipse negaret. Nova haec Zwinglii dogmata amplaxi sunt Tigurini, quibus adhuc usque diem adherent.

Urbis hujus regimen, quod Aristocraticum est, binis constat Senatibus majori scilicet et minori, in priori 162. viri numerantur, in minori 50. universim 212. qui a Civibus et ipso Magistratu eliguntur; nullus admittitur, nisi trigessimum aetatis suae annum attigerit. Haec magnus 212. personarum Senatus Urbis et illius provinciae obsoleto dominatur imperio.

Tiguri adest Gymnasium per modum Universitatis institutum omnique Professoribus instructum, e quo viri Scientiarum virtute et Linguarum orientalium peritia celebres usque prodierunt. Ut et magnifica Bibliotheca annis 1631. 1632. et 1640. in Ecclesia In vidis | Waf | Jacobus | dicta, in qua officium divinum jam dudum antiquatum fuerat, erecta. Occurrit etiam Nosocomium, in quo singulis diebus 650. pauperes aluntur.

In hac Urbe olim et ante Zwinglianismum varia utriusque sectae caetera Monasteria, inter quae eminent Comitum Nobilium Virgimum Ordinis S. Benedicti, Monasterium Dominiarum | Gravon | Mün | stro | num | patum, cujus Abbatissa S. R. I. Princeps fuit, a Ludovico Germanice Caroli Magni Nepote et Ludovici III Imperatoris filio tertio circa finem saeculi IX. fundatum, ne non tum ab ipso tum ab ejus filio Carolo Crasso Imperatore multis praesidiis, privilegiis et iuribus, usque etiam, quae sibi in urbem hanc competebant, auctum, quae tamen suscepta temporis eadem erepta Tigurini sibi appropinquavit. Haec et alia, quae ibidem fuerunt Monasteria Zwinglianismus abolevit. Remanent ultimam Monasterium Dominiarum Abbatissam Catharinam de Zimmern idem de consensu sibi subditarum Monialium Senatui Tigurino tradidisse et cessasse. Satis ipsa cum his Monialibus Zwingliana facta fuit.

Hujus Urbis incolae benigni sunt hospitales, et laboriosi, quaestuosam variarum mercium, quas ipsi conficiunt, exercent negotiationem.

20. Laus Tigurinus | Zürcher = Ora, Zürcher | Nomen habet ab Urbe Tiguro, quam adit, et a quo Limnagus | der Limmat | fluvius, qui illum prope Urnacum Sublinter nomine intravit, conruptus eandem in binas partes inaequales dividit. Ab hac Urbe ad decem miliaria Urnacum usque porrigitur; maxima ejus latitudo est unius duntaxat Leuca gallica. Utrumque illius latus orant colles vinearum, frumenti frugumque fertiles, ne non Oppida, Bagi, Castella, Arbores voluptariae, et villae. Rapens videtur portae Sublinter jungetur. Circa an. 936. illius dominium Otto I. Imperator Tigurinis cepit.

q Vicus

30. Wanga | Wangan | 92. circiter miliaribus Haevaticis ver- bis Eno Aquilonem a Tiguro prope Kyburgum Situs celebris a fonte, qui inter catas, ibidem haurit ac velut natura mira- culum habetur, famis vires seu fons | Zingw = barf, Zingw = Bom- non | dictus, quod, cum fluit, famem annuntiet. Ab an. 1686. animadvertum fuit, fructiferis annis illum, non obstantibus copio- sis pluviiis, semper Reccatum ferre, cum e contrario fluit, tum

aurora sancta coepit, et quo abundantius fluxit, eo magis fame, crevit. Huius mirabili causam alii investigent.

4^o Capella [; Capell:] Olim celebre Ordinis Cisterciensis Monasterium in finibus australibus pagi Tigurini sub monte Albiso [; Albis:] situm, miliarium Germanicum versus septentrionem à Tigis, fundatum circa an. 1185. à Walthero ab Eschenbach Domino in Schnabelberg et Schwartzenberg. Hereditariam illius Adorationem gesserunt Nobiles de Hallbergh, à quibus titulo mentionis an. 1498. ad Tigurinos pervenit.

Antiquitas eo, quo Monasterium hoc exstitit, loco, Capella extitit, à qua et ipsum Capella dictum est. Circa medium saeculi XV. à Federatis Helvetiis ita exivum fuit, ut septem annorum spatium vastum jaceret, postmodum tamen eleganter restauratum est; at non multo post anno scilicet 1495. 15. Januarii incendio perire perit.

An. 1525. suam Henrici Bulingeri* huc ab Abbate acciti ipse et Monachi relicta avita religione et abjecto Monachatu Zwinglianismum amplexi fuere, Monasteriumque unicum suis praediis et juribus Urbi et Senatus Tigurino ceperunt, in quo Collegium institutum fuit, à quo per multi docti viri prodierunt, quod postea Gymnasium Tigurinum junctum est. Modò Oeconomus ibi residet, qui illius praeventus curat.

Ceterum Monasterium hoc celebratur à binis victoriis, quas quinque pagi Catholici an. 1531. 11. et 14. Octobris de Tigurinis, Bernensibus et aliis Protestantibus pagis reportarunt, ubi in primo proelio 900. in secundo autem 800. Protestantium Interditi fuerunt, Catholicorum vero 80. interierunt. In eo Ulricus Zwinglius Tigurinum novus Evangelista et Apostolus occubuit.

5^o Grominga sive Grominga [; Gromingon vel Gromingon et Gromingon:] Urbs exigua cum arce, in qua Satrapa residet, sita miliarium Germanicum ad septentrionem à Rapersvilla. Olim caput erat Comitatus, in quo, praeter Rurum [; Rürki:] Praemonstratensium Conventum et Bubiconem [; Bubikon:] Equitum Melitensium Domicilium, usque triginta quatuor Castella et Nobilium Sedes numerabantur. Ipsius territorium ad duo miliaria Helvetica longitudinem, et ad unum longitudinem latitudinem protenditur.

Eidem haec praeside Dominati sunt Comites Rapersvillenses, Abbas Sangallensis, Barones de Regensperg, Comites Habspurgii, et ultimus Nobiles Geisleri, qui Comitatum hunc Tigurinis an. 1408. vendiderunt.

An. 1440. et 1443. Federatis Helvetiis, quibus bellum erat cum Tigurinis tunc Dominis Austriae foedere junctis, urbem hanc et arcem occupaverunt, necnon Satrapam Tigurinam contra fidem datam ante Castra fores trucidaverunt. An. 1683. Urbs penè tota in flammis abiit. In hoc tractu undecim Praevia numerantur.

6^o Rurum [; Rürki:] Olim Ordinis Praemonstratensis Monasterium circa galicam ad septentrionem à Rapersvilla situm, et an. 1208. à Lutholdo Barone de Regensperg fundatum, ad ejus foundationem convenientibus Comitibus Toggenburgensibus, quorum ultimus Fredericus ibidem sepultus est. An. 1525. illius possessionem cepit Magistratus Tigurinus, eique Dynastam praefecit. An Monachi Capellensium seculi exemplum abjecto Monachatu, et tradito Tigurinis Monasterio suo ad partes Zwinglii transierint, vel an expulsi fuerint, id nobis clam est. An. 1706. Monasterium istud incendio perit.

7^o Bubikon [; Bubikon:] Equitum S. Joannis Hierosolymitani sive Melitensium Domicilium ad Schwartzenberg [; Schwartzenberg:] flumen pontum miliarium Germanicum versus septentrionem à Rapersvilla, fundatum à Diethelmo Comite Toggenburgensi an. 1206. Illud

* Henricus Bulingerus natus praebatur Bremocardi 18. Julii an. 1504. Studio hunc fundamenta jecit Emmerica Duetius Ciceronis urbe. an. 1519. Coloniam venit ubi is, qui ibidem humaniora docebat, se adjunxit. An. 1520. librum edidit adversus Theologos Scholasticos; lectisque Lutheri scriptis ad illius partes accessit. An. 1522. domum rediit, et an. 1523. Capellam hujusdem Monasterii Abbate ^{accitus,} eidem et Monachis ipse auctor fuit, ut an. 1526. ad Protestantium partes accederent. An. 1527. Tigurum venit, ibique Zwinglium audivit. An. 1528. unum Zwinglii interpretationi, quae Berna instituta est, interfuit. An. sequenti Bremocardi Pastor factus cum quadam Moniali Conventu Oatenbaccensis intra Tigurina moenia hinc nuptias celebravit. An. 1531. post proelium Capellense à Catholicis Bremocardi ejectus Tigurum se recepit, ubi Zwinglii in eodem proelio interenti Beneficium obtinuit. An. 1545. adversus Lutherum, an. 1551. adversus Concilium Tridentinum, an. 1561. adversus Brentium

circa Christi secundum
naturam humanam ubi
quiritatem scripsit, p.
obit 17. Septemb. an.
1575. postquam Jacobo
Andreo, qui Apologi-
am pro Brentio scri-
psit, responderet.

adhuc possident memorati Equites, illorum tamen ibidem Oeconomus seu
Vicesgerans Civis Tigurinus esse debet.

8^o Pfefficonium | Pfeffikon | elegans et amplum Oppidum ad ostium
ejusdem lacum nominis lacum, cuius longitudo ad lacum et latitudo ad
mediam gallicam porrigitur, positum tribus circiter miliaribus germa-
nicis ad orientem à Tiguro, in Comitatu Kyburgensi.

Antiquitus Nobilibus Pfefficonis paruit, quibus extinctis ad Landenber-
gios pervenit, quorum Albertus Leopoldi Austriaci partes cum turcica
post pugnam Sempachianam Tigurini Oppidum istud cepit et inces-
derunt, demum ad Austriacos pertinuit, ac tandem unicum Comi-
tatu Kyburgensi Tigurinum factum est, primum an. 1415. Deinde
iterum an. 1452.

9^o Gryffensea seu Griffensea | Gryffenberg, Griffenberg | Urbs
angusta cum arce ad latus ejusdem lacum nominis lacus 5000. passus
longi et 2000. lati ~~est~~ sita, midiasi Helvetiae ad orientem
à Tiguro. Antiquitus proprios habuit Dominos, quibus extinctis ad
Landenbergenses devoluta est, ab his ad Comites Toggenburgenses perva-
nit, quorum Fridericus an. 1402. illam unicum lacum Tigu-
rinis vendidit. An. 1444. cum Guedanti Helvetiae contra Tigu-
rinos bellicose, urbem hanc, in qua Joannes de Landenberg cum 80. vi-
rorum praesidio erat, obsiderunt. Obsessi cum se urbem ulterius
tueri non posse cernerent, illam incendunt, ac in arce se receperunt,
relictis inter flammas uxoris ac liberis; tunc ipsa ne eos unicum
suis liberis incendio consumerentur, per urbis muros illorumque fora-
mina se dimiserunt, quas Helvetiae benignè ac misericorditer
susceperunt, immanèque illorum virorum facinus detestati, in eo-
rum mortem, praesertim Svitenses, et Subilvanenses, conjuravit,
tuncque tanto impetu arce obsidionem urserunt, ut tandem 27. Maji
obsessi numero 72. se ad Helvetiorum arbitrium dedere coacti fue-
runt, quorum 62. eadem die unicum Landenbergio, qui primus
colorem praebere debuit, capite truncati sunt, reliquis decem unum
ob provectam tunc juvenilem eorum aetatem paratum fuit.

10^o Kyburgum | Kyburg, Riburg, Ryburg et Rynburg | Urbs
cum Castro eminenti loco sita ad sinistram Tosa | Tosa seu Topp |
fluvii ripam milliari germanico versus Austrum à Vitoduro. Ce-
labram fecit Castorem in junctum Sedes veterum Kyburgensium Comi-
tatum. Imperator Conradus II. illud an. 1024. post trium mensium ob-
sidionem obtinuit et tenuit, deinde restauratum ultimus Abbas San-
gallensis an. 1079. deinde restavit, quod tamen Comes non restituit.

Eo tempore, quo Rudolphus Habsburgicus Imperii clavum tenuit,
ejusdem Imperii germanici Cancellaria in illo aservata fuisse, quae post-
modum Norimbergam delata sunt. Modò Sedes est Praefecti po-
vincialis à Magistratu Tigurino constituti.

Ceterum Comitatus hic à Glatta | Glatt | flumine ad Rhenum
usque porrigitur, necnon modò 44. Rivochiales Luterias complecti-
tur. Veteres illius Comites per aliquot saecula totius Helvetiae poten-
tissimi fuisse, ut quorum Dominium, praeter majorem vicinam regionis
partem, aliaque praedia et ditiones in variis plagis ab ipsis possessus, usque
ad Bruna portas protenduntur fuit. Horum Comitum primus fuit Hart-
mannus, qui an. 950. ab Imperatore Ottone I. hujus Comitatus investi-
turam obtinuit. Istius praesepie ultimus etiam Hartmannus nomi-
ne an. 1264. vitam perit relicta unica filia Elisabetha. Rudol-

phus Halysurgicus, qui postea Imperator factus est, dicti Hastmanni Sororis filius exclusa Elisabetha illius filia Comitatum hunc sibi aperuit, ac postmodum filio suo Alberto tradidit; cuius posteri illum tenuerunt usque ad tempora Concilii Constantiensis; tunc enim Fredericus Austriacus, quondam Papa Joanni XXIII. Constantia ipsius ope profugo adylum praebisset, ab Imperatore Sigismundo proscriptus, parte hominum in Helvetia Dominionum exutus est, ac Tigurini Comitatum hunc occupaverunt. Verum ubi an. 1441. grave cum caeteris Helvetiae Bagis bellum ipse cepit, necnon in magnum discrimen adducti fuissent, ab Imperatore Frederico III. seu IV. Austriaco supplicias impetraturi eidem et Domini sui Comitatum hunc restituerunt, quem tamen postea an. 1452. idem Imperator eis denuo vendidit, cui et adhuc Dominantur. *Donus Austriaca se ab eis adhuc nominat illum- que his titulis inserit.*

jj. Vitodurum (Wintrotfio, Wintrotfio:) Urbs Comitatus Kyburgensis ad Eulachiam (Eulach seu Eulach) fluvium in amoenâ et fertili planitie posita miliarum Germanicorum septentrionem à Kyburgo.

Historici illam *Novum Vitodurum* nunciant ad distinctionem *Veteris Lepocivis Vitoduri*, quod Bagus est mediâ leuâ galicâ ab ea distans. Bagus iste verisimiliter Vitodurum illud est, quod Romanorum aetate stetit, cuius Scriptores Romani, et Antoninus in suo Itinerario meminere. *Vetus Urbs ista ab Alemannis sub fine saeculi III. et aetate Diocletiani et Maximiani Romanorum Imperatorum à Suevia impunitè excisa fuit, quam Constantius Chlorus, qui tunc in Galliis tanquam Caesar imperabat, per Praefectum suum provinciale Arelatum Bruculum restaurari curavit. Verum sub Imperatore Valentiniano III. à Suevis, vel, ut alii volunt, ab Hunnis iterum devastata fuit, nec ab eo tempore antiquum splendorem suum recuperare valuit, aut ultra Bagis vel, si maris, Oppidi conditionem efflorere.* Ubi extincta Imperatorum Carolingorum Stirpe Suevia Ducatus erectus est, in eam Turingia adjecta fuit, vetus hoc Vitodurum jam in Bagum seu Oppidum evenerat, memoria namque proditum est, prope illud an. 919. prolium initum fuisse Rudolphum I. Burgundiae Regem inter et Burhardum I. Suevia Ducem.

Suevia Ducum aetate Comites orti sunt, qui ab hoc Oppido, cui imperabant, *Vitodurenses* appellati fuerunt. Idemque in eundem nominis Castro infra Oppidum ad lavam Eulachia supra collam posita habuerunt. *Ex his Comitibus Hermannus fuit Abbas Einsidensis ibidemque obiit an. 1068. et Joannes an. 1168. Tiguri Equitis interfuit.*

Ad pedem huiusmodi nec procul à Castro Comitatus Ministri et Servi sibi construxerunt castra; haec haec tempore in Urbem evenerunt, quae *Vitodurum novum* vocata fuit, quam deinde Comites Kyburgenses Vitodurensium heredes circa finem saeculi XII. manibus cinserunt, necnon Turingia Metropolim dixerunt. Rudolphus Halysurgicus Hastmanni ultimi Kyburgensis Comitis sororius et heres an. 1269. illam novis manibus ampliavit. Postmodum ab Austriacis Principibus suscepta multis privilegiis et immunitatibus donata fuit, usque semper fidelis extitit, nec ab eorum dominio divelli potest. Anno 1415. post Frederici Austriaci proscriptionem Sigismundus Imperator illam à Tigurinis captam in Imperii tutelam aperuit et an. 1417. liberam et immediatam Imperii Urbem declaravit; at an. 1442. sponte ac libere denuo se Domini Austriaci subiecit, ac penes illam perman- sit usque ad an. 1457. quo ab Archiduce Sigismundo Tigurinis pro 10000. florinis oppignorata fuit et nunquam redempta; unda ab eis tem-

Narrant aliqui Hastmannum hunc, dum adhuc viveret, Comitatum suum Rudolpho sororio suo tradidisse, et capisse.

qua his titulis inserit.

¶ Cives

poro ipsi eidem ad hanc usque diem dominantur. Privilegiis tamen his et immunitatibus antea ab Austriacis Principibus obtentis, quibus pro-

primum habent statum politicum et regimen, quod Senatu majori 48. virorum constat, et minorum, quoniam 12. viri constituent, quibus Prætor præest, ad illos deferuntur causa criminales, æque ac Civiles hujusmodi, iudicio definitur. Sub hujus urbis dominis sunt quædam vicina arces et loca. Anno 1525. Cives exemplo Figurino ad Euringliana Lava fecerunt accessum.

Anno 1566. 4. Januarii hora 7. vespertina sub horrida vento nivisque permixta tempestate æra unius Ecclesie parochialis campanilis momento totus igneus flammatusque necnon cum magno strepitu tintillans visus est. Spectantibus hoc circa hora quadrantem duravit, et cum quibusdam animosiores ignem extincturi in campanile ascendissent, non flammas, nec ignem invenerunt. Imoles id ignem S. Halena vocant. Postmodum idem ignis modo in unius, modo in alterius Campanilis apice visus est, neminemque amplius terruit.

Vitodunenses Civiles sunt, commercium exercent, ac studia colunt, habentque Bibliothecam, qua non solum propter libros, quos continet, sed et propter varias raritates, quibus superbit, videri meretur. In hac urbe multi prodire viri eruditi, quos inter fuit celebris Historiographus, qui sub nomine Joannis Vitodunani notus est, ac Helvetia historiam ab an. 1215. usque ad an. 1348. conscripsit. Non procul ab hac urbe occurrit salubre balneum, quod variis morbis medetur.

¶ recensetur.

Circa vetus Vitodunum varia Romanorum monumenta reperta sunt, nempe numismata Imperatorum Neronis, Domitiani, Constantii et Constantini effigies referentia. Constantia etiam in Cælestia S. Mauritii Ecclesia vetus Romana tabula aservatur, in qua hujus urbis restauratio, qua sub Imperatoribus et Cæsaribus Diocletiano, Maximiano, Constantio Cloro et Galerio durante Arvalio Broculo regionis hujus præfecto facta fuit, denique anno 1709. cum ibidem terra effoderetur, varia hujusmodi Romane antiquitates inventa fuerunt sed satis rudes, scilicet cultus, duo Mercurii, et quedam animalia, ut Tauri, Equi, Bovis, &c.

¶ ripam
¶ fuit

120. Tosa | Föß: | Bagus Lemileuca gallica versus Africum à Vitoduno ad sinistram ejusdem nominis fluvii ¶ situs. In eo quondam antitit celebris Sanctimonialium Ordinis S. Dominici Conventum. Initis nominis quarundam religiosarum Sororum Domicilium. In quo loco positum, ubi nunc domus præfecti seu Sacerdotis est, ab Euphemia de Herten edificatum, cujus loco anno 1233. ammentate Henrico Episcopo Constantiensi, et Comitibus Kyburgensibus solent tributibus, novum ad Tosa pontem constructum fuit Monasterium. Hungaria Regina Agnes Alberti Imperatoris filia illud Patriarchi homicidarum bonis ditavit. In eo olim 50. usque 60. Moniales numerabantur. His anno 1525. ad sacrum traditis Figurini Monasterium occuparunt, atque in eo Sacerdotum constituerunt.

* Stumpfius Bonchschelæ Episcopatus Spirensis urbe amissa, obmissis et regis pa-

liari ad orientem à Vitoduno. Stumpfius in suo Halæstia (Chronica) dicit, quod illud antiquis temporibus Algoria | Bilgow | dictum, quod nomen ab Alemannis accepit, et quod vetus quædam documenta

urbis aijundam in hac plaga posita sub Algaria nomine meminere. Eadem stem dominati sunt quidam Barones ab ypo oppid^o Algarienses, nuncupati, e quorum stirpe fuit celebris Notgerus Monachus Sangallen- sis, qui sub fine Sauli IX. et initio Sauli X. floruit, ac post mortem inter Beatos relatus est.

Summum et maxum Imperium illius penes Comites Kyburgenses semper fuit, a quibus ad Helvetiam Thaburgenses seu Austriacos pervenit, ac denique una cum Comitate Kyburgensi Signinorum Oppidum hoc factum est. An. 1407. Suitenses, Glaro- nenses, Abbatimellenses et Sangallenses adversus Signinos Lotharinga- ros idem incendunt, et an. 1444. Joaderati Helvetii cum Signinis Col- lantes idem et Arce ejus occupaverunt.

14^o. Stenium seu Betra | Prin, communiter Prin am Rhein | Urbis cum Arce ad Dexteram Rheni ripam, ubi hic fluvius e Leu Ellensi erumpit, in partibus Sueviae posita 2. Miliariibus ad Orientem a Diaphusia.

Opportune sita est sive ad sui ipsius Defensionem tempore belli, sive ad Commercium. Pago ad alteram Rheni ripam in partibus Helvetiae col- lorata postea injuriam oppid Burgum | Bischo seu duobus muneribus jun- gitur.

Jam diu ante Romanorum tempora anglam holleros extitisse urbem quidam ajunt, quam Helvetii in ha gabiam verius emigra- tione una cum caeteris his urbibus combuserunt, sed brevi post a Julio Caesare fusi patriam repetere urbisque suas denovo reparaverunt.

tum Romanos, subacta Helvetia, hanc restaurare coacti fuissent; etiam Romanos, subacta Helvetia, hanc restaurare coacti fuissent; tum Romanos, subacta Helvetia, hanc restaurare coacti fuissent;

et cineribus excitatum ganodurum sive ganodurum a vocibus Celticis Gann seu Gand, qua ripem seu petram, et Thurum qua turrim significans videtur, et ujus etiam Blivius meminit, vocasse.

Sed, ut verum fateamur, haec sine sufficienti fundamento proferuntur; enimvero quidam Geographi Gannodurum sive Ganodurum eo loco, ubi nunc Constantia est, et alii, forte cum minori reversimilitudine, ubi Solodurum est, collocant.

Id estum videtur, eo loco, ubi nunc paragogium, Ecclesia et domus Barochialis sunt, Romanos propugnaculum ca- citasse, quod Alemannos in Helvetiam invenire volentes repro- mervent.

Inter urbem et Bagum in Rhenis est Insula | Wurd | quam Romani utrique Rheni ripae per portam hujus fluminis primum jun- xisse dicuntur.

Ab hanc Insulam S. Othmarus Comitis S. Galli Abbas, qui primum in illud Regulam S. Benedicti introduxit, iniqua injuria Episcoporum Synodi Sententia deportatus fuit, ubi et an. 759. pie defunctus est.

Saxarlov. Urbis haec ab Alemannis penitus excisa fuit. Non multo post tamen ad altissimam Rheni partem et paulo inferius hinc inde domus abi- ficata fuissent, ac tandem ex ingentis flani, quod Insulam occupabat, q petra seu q ipfius nomine in- rupti et in aerem auti fragmentis urbis condita fuit, et Saulo IX. infra Insulam | Wurd | quod utriusque Rheni litoris in molae junge- ventur, novus supra flumen istud confectus est. Urbem hanc circa an. 966. Burcardus II Sueviae Dux fossa et moenibus cirxit,

quod adversus thunorum inruptiones tutam praearet, neon mul- tis privilegiis donavit. a Ducibus Sueviae ad Barones De Alta Clinga | Hon Hofen seu Alton Blingen | pervenit, qui Arce una ntam non procul ab Urbe in eminenti laxo excitarent, qua adhuc est at. Anno 1359. Alcius et Walthers De Alta Clinga magnam partem jurium horum, qua ipsis in Urbe et Arce conpreta-

antibus an. 1500. natus perhibetur. Literis navit operam lan- Davica, Turlaci, Col- maria, Argentorati, Heli, Salberga, et Fri- burgi Dns goja, ubi an. 1520. ex pensis Ordinis S. Thomei Thaw- quia disciplina imbu- tus, Jannor a Imper- gero seu Telamonio Episcopatus Basileensis Suffraganeo Praebyter ordinatus fuit. Tum in Helvetiam secedens an. 1522. Tigurum se contulit, ubi adoptatis Zwinglii dogmatibus Praeco Prae Bubiconen- tis primum, deinde an. 1543. Stammheim in Turgavia Parochus et illius Capituli Decanus factus est, cum- que oculi et memoria illius deficerent, Ti- gurum an. 1562. seces- sit, ibidemque mortuus est an. 1565. Scripsit inter alia Chronicon Helvetiae.

q petra seu q ipfius nomine in- signita. Denique

bant Archiducibus Austriae vendiderunt; cum autem tempore Concilii Constantiensis Fredericus Austriae proscriptus fuisset, Imperator Sigismundus an. 1415. Urbem hanc sibi aperuit, ac postmodum dicitur de Alta Clinga Baronibus restituit, qui an. 1443. eam una cum Aare et omnibus ad illam pertinentibus Baronibus de Cingeburg vendiderunt, à quibus Cives an. 1457. magna pecuniarum summa se ipsos redemerunt, ac non multo post cum Bagis Tigrinis et Scaphusiano foedus pepigerunt; denique an. 1554. prois Bagis tutela se penitus commiserunt, reservatis tamen sibi privilegiis suis et immunitatibus, quibus hodieum adhuc gaudent. Proprium habent Consulem et Magistratum, qui causas criminales aequè ac civiles definit; Bistorem, qui Tribunali praest, et illius Appartorem. Senatus Tigrinus, ex civibus tamen, constituit.

Olim Stenii extitit calabre Ordinis S. Benedicti Monasterium S. Georgii dictum eodem tempore, quo Burcardus II. Sueris seu Alemannia. Dux urbem hanc moenibus cinxit, ab ipso et conjugis sua Heberige Rudolphi Burgundia Regis filia Duedi: hoc fundavit: quod an. 1005. Henricus II. Imperator, ad instigantiam Monachorum montis, de ujos arce Coenobium occupabat, altitudinem et asperitatem querentium, in hanc Urbem transtulit, quod vicinis edificatum S. Georgii et Cynibii dictum est. Substitit Coenobium hoc, ujos primus Abbas fuit S. Welfredus, usque ad an. 1524. tunc enim plerisque Monachis Ellinglianismum amplexis, illius possessionem Tigrini ceperunt, Abbas vero David de Winkelheim Ratolfi: Cellam fugit solum asportatis omnibus Monasterii documentis, et cum Abbatiâ suam repetere in hanc datam fuerit, omnia Monasterii sui trans Rhenum et in Imperio sita parva et proventus Ferdinandi. Romanorum Regi Caroli V. Imperatoris patri, et quae cis Rhenum et in partibus Helveticis erant, bona hujus provinciae Bagis testamento reliquit. Ferdinandus igitur non procul ab Oeninga Coenobium Regularium Ordinis S. Augustini Coenobio nostrum condidit Monasterium, cui post mortem dicti Davidis alium praefecit Abbatem. Tandem an. 1581. Ultimum illius Abbatem extraditis Tigrinis Magistrati Monasterii suis monumentis, se ipsum illius tutela commisisse ajunt: at verisimilius est, illum inde à Tigrinis extradatum fuisse, jusque solum Abbati Petri Dominus: (Habsburgi) prope Constantiam cepisse, hic enim etiam hujus S. Georgii prope Stenium Monasterii Abbatem se nominat. Nunc es loco, ubi Coenobium istud fuit, extat Laterana.

150. Lauffa: Lauiffen live Louiffen: | Castrum cum oppido seu potius Vico ad sinistram Rheni ripam positum 2. miliaribus germanicis versus septentrionem ab Eglisovia, in loco eminenti, unde mirabiles Rheni catasacta conspiciuntur, ubi aqua à 90. cubitum altitudine deorsum inter saxa tanto strepitu ruit, ut interrupta nocte saepius ad 4. miliaria strepitus iste audiat.

Ad alteram Rheni ripam in territorio Scaphusiano adest Telominum, ubi meres Scaphusia plaustris vitæ navibus imponuntur.

Lauffa: tractus usque huc tractu olim propriis habit. Dominus Lauffensis: (Von Lauffen) dicitur, ab eis ad Nobiles de Trulach Civis Scaphusianos pervenit, quibus an. 1443. ab Alberto Austriae

jura belli excepta fuit, et eidem Nobili De Hagenbuch tradita; verum
Bulackenses, comitantibus civibus Scaphusianis nocte ad motis hostis muros
superantes hunc Hagenbuchium ejusque filium interfecerunt, hincque
Castrum hunc et vicum p. recuperaverunt, penes quos mansit usque ad an.
1543. quo ~~Figurinis~~ pro 7200. florenorum Summa Tigurinis venditum
fuit.

16^o Eglisovia et Eglivosa: Eglisau, Eglisow: Urbs mediocri
ann. Arce et Territorio, ad Rhenum sita 6. fere leucis Gallis ad
Septentrionem à Tiguro et 4. ad Meridiem à Scaphusia. Urbs
haec proprie in Suevia posita est, non vero in Helvetia et tractu Tigu-
rino; utramque ponte elegans Rheno superstructus jungit. Com-
modè sita videtur, ut qua transitum à Suevia in Lacum Tigurinum
probeat, et hinc in Sauriam, unde via, quae per angustos montes et
Saxa ducit ea utraque parte. Identidem munimenta impendent.

Urbs haec una cum his territorio primùm ad Comites Turgenses per-
tinent, quibus Tigurini an. 1425. eam ceperunt, ac an. 1460. Vigilio
et Bernardo Gradneris Slavogracii seu Hunndriae Baronibus: ~~Goriz~~
~~von~~ Goriz-furon von Windischgrätz: à Sigismundo Archiduce Austriae
et Styriae pulsi vendiderunt, reservato tamen sibi retractus seu rehu-
tionis jure, quod et an. 1490. post horum Baronum obitum factum est.
Ab eo tempore per Praefectum provinciae regitur, qui in Arce se-
moratur. Attamen Urbs haec proprium habet Magistratum ne non
altà et bassa, ut vocant, jurisdictione fruitur. Terra motibus est ob-
noxia, an. 1705. 24. Septemb. hora 10. matutina tantus in ea fuit, et
cum tanto strepitu et ruina, ut omnia subversum viderentur.

17^o Bulachium: Bulach vel Bülach: Urbs tenuis ad Glattam: Glatt:
fluvium posita, 4. leucis Gallis ad Aquilonem à Tigurinis. Anti-
quitas Baronibus Turgensibus: Non Turgon: paruit, quorum Joan-
nes illam Markioni Altomontano: von Forstberg: vendidit, obto-
antem Martho Altomontano seu Hochbergensi Domini Austriae pro
partis tradidit, ac tandem Fridericus Austriae an. 1409. Tigurinis ces-
sit, qui in ea Praefectum seu Dynastam constituerunt. Urbs haec
caeteris gaudet immunitatibus et privilegiis, atque proprio municipa-
li jure utitur, Praetorem et Magistratum ex civibus adlectos habet.

18^o Regenspergum Vetus et Novum: Alt- und Neu-Regens-
perg: Vetus Regenspergum elegans et munitum olim fuit Castrom
ad sinistram Glattae ripam prope. Castrom lacum: Catzen-Dorf: Si-
tum 2. leucis Gallis ad Septentrionem à Tiguro; cujus modò nihil su-
per est praeter turrim et duntaxat muros. Domus natalis fuit antehac
potentium Baronum De Regensperg, qui totam penè circum Tigurorum
regionem multaque alia praedia et Castra possederunt, quorum Ul-
ricus durante magno Sauli XIII. Interregno cum Tigurinis frivole
vexasset, hi Rudolpho Habsburgico optulante an. 1268. duntaxat illius
Castri ipsam omni sua ditione ceperunt, ne non ceperunt, ut aucto-
ritatis Tiguri velut privatus civis Regeret, ubi et motus est.

Postmodum Castrom hoc ad Landenbergios pervenit, quorum Ulri-
cus, cum an. 1380. Bellum Sempachense ortum esset, illud contra
datam Tigurinis, qui omnia necessaria eidem praeviderant, Austri-
acis tradidit. à Landenbergis ad Schwenckios Cives Tigurinos
revolutum est. an. 1443. à Federatis Helvetis occupatum fuit et
combustum. Tandem an. 1470. euntionis titulo Tigurinorum fac-
tum est.

Novum Regenspergum seu Regensbergum: Neu-Regensperg:
Urbs tenuis sed pulchra cum Castro in apice montis sita, qui pars

* *Leigirius Mons* | la est rami montis *Jurassi* seu *Caigiri** | *Layria*, *Lägron*, sive *Lägrosch* *Bozgi* *grin* | in illius vultu *2. miliaribus Germanicis ad septentrionem à Tiguro, et una ad orientem à Badena seu Themi Superioribus* | *Baden* | Ubs haec antiquitas *tem Regenspergum* *etiam ad Barones de Regensperg pertinet, ab his ad Archiducem Austriae* *devoluta est, quam usque ad an. 1409. possederunt, tunc enim Fredericus Baden.* *In hujus* *Archidux eam unam hic satis anse destruxit et urbe Bulachis pro* *montis summitate* *summa 7000. florenorum Tigurinis oppignoravit, nec redemit; hi igitur* *misabiles occurrunt* *an. 1422. eam Praefecturam provincialem fecerunt, in qua varia Op* *capilli variarum fi* *pida et vici numerantur, et quae ad semi à Badena miliaria porrigitur.* *rum, Linacium, Stal-* *Ubs hoc una cum Arce sua an. 1443. à Federatis Hebrctis etiam occu* *larum, conchyliarum,* *pata fuit et combusta. An. 1540. postquam incendio penè tota perisset,* *pisinum, ovorum pis-* *restaurata fuit, et an. 1687. novis moenibus cincta et aliqua tunc muni* *rum et aliorum sep-* *ta fuit. In Arce Dynasta residet, ubi puteus est laxo incisus, cujus* *tilium marinorum;* *profunditas est 36. cubitorum.* *que omnia universa* *19. haurum* | *Gar, Saar, et Gafsa* | *Sanctimonialium Ordinis S. Be-* *lis Diluvii reliquia* *nedicti Monasterium ad Limmagum | Limmat | flumen positum mil-* *in lapides indurata.* *lari ad orientem à Tiguro. fundatum an. 1130. à Lutholdo Libero Barone* *videntur esse. Con-* *De Regensperg, et Judonta conjuge ipsius et eorum filio Leopoldo. Habi-* *jectura tamen est, in* *rum adhuc floret sub directione Principis et Abbatis Lintholensis. Sancti-* *hoc monte Themi* *moniales hic inter alias, quibus praedita sunt, votes multum à musica* *Badenses haurire.* *celebrantur. Nec Religio obest, quin Tigurini filias suas eisdem tra-* *endae. Quidam Monasterium istud in Comitatu Badensi collo-* *cant; in quod Tigurini sollicitam nec Sanctimonialibus ingrati-* *gerunt advocatiam.*

LIX.

De Pago Scaphusiano.

Pagus Scaphusianus | *(Canton de Saas)* | *Pagorum Hebr-* *trorum duodecimus. Situs est trans Rhenum in terris Imperii.* *Amplius haud est, sed tamen ad Helvetiae laevitatem multum confere-* *videtur, atque adversus Germaniam velut propugnaculi locus est. Limi-* *tes, habet ad septentrionem et occidentem Sueram, ad orientem Steni-* *um et lacum Bodanicum, ad austrum Pagum Tigurinum et Turga-* *viam, à quibus Rheno se jungitur. Longitudo ejus ab oriente ad occi-* *dentem est quinque circiter miliarium Germanicorum, Latitudo ab* *austris ad aquilonem duorum duntaxat. Solum ejus optimum* *est, fumentum, aliasque fruges, et vinum elegans profert, pas-* *cuis etiam abundat, et Rhenus, qui illum perfleuit, in eo commer-* *cium florere facit.*

Anno 1330. Pagum hunc Ludovicus Savaus Imperator Otto- *ni Austria Duci oppignoravit, sed, quod mox dicamus, sub initium* *Saeculi XV. Austriacum cepit Dominium. Est Bellum Burgundi-* *cum, quod an. 1477. sortito et interempto ab Helvetiis Carolo Burgun-* *diae Duce finem habuit, cum ceteris Helvetiae Pagis foedus ad 25. annos* *popigit, tandemque an. 1501. Corpori Helvetico in perpetuum junctus* *fuit, atque duodecimus illius Pagus factus est.*

Pagus iste in varia exigua territoria distribuitur, quorum decem *numersunt. Etiam cum aliis Pagis participat quatuor Dominia* *Italica Luganense, Locarnense Medusianum seu Madroianum* *et Madrianum. Notatur hic*

1. Scaphusium, Scaphusa, Scaphusa; apud glaracum *Aristis*

Urbs, et apud Micomum, et alias Brobatopolis | Disaffaysum, Disaffa
Saisum, Disaffaysum, Disaffaysum | Urbs satis ampla et pulchra,
 necnon vinetis circumdata, totius pagi Metropolis, cui nomen tribuit,
 ad septentrionalem Rheni ripam, proinde in partibus Germaniae sita,
 sex miliaribus Helvetiis et paulo amplius ad orientem à Basilea. Ele-
 ganti ponte lapideo, cujus pars ante annos aliquot corruit, Helvetia
 jungitur. Estat sub grad. long. 30. m. 25. lat. 47. m. 35.

Urbs haec vetus haud est. Initium eadem dedit quaedam turris seu
 Castra Nobilium; his accessere quaedam nautarum et piscatorum aedes
 ubi Rheni trajectus est, vulgò al portum vocatus, quo etiam, quem
 admodum ex latinis monumentis patet, Naviium Bonus | Disaffaysum;
 numpata fuerunt. Itaque Scaphusium nomeni exiguis pagus
 fuit, ubi naues Sauroflumine advenientes, exonerabantur, medià dein
 ob eo lincà galicà infra Rheni catasatas demò oneranda. Idem
Eberhardus Comes Nollenburgensis an. 1052. vel ut alii volunt 1050. Mo-
 nasterium Benedictinum, quod ad omnes sanctos dictum est, fundavit, cui et
 pagi huius dominium tradidit | Idem id ab eius filio Bucardo factum
 fuisse ajunt: | Idemque ab Ariste, quem Monasterii insignia referebant,
Disaffaysum, id est, Orinum aedes Diemeps vocari iussit, unde etiam
 Urbis insignia Salicentem Aristem exhibent. Sub huius Monasterii
 dominio et opportunitate loci Scaphusium sensim tanta sunt incre-
 menta, ut ex vico oppidum et tandem Saeculo XIII. ampla necnon
 elegans Urbs evaserit. Ab huius Conobii subjectione vi Casares-
 rum privilegiorum postmodum liberata fuit, ac demique extinctis eta-
 ribus Suevia Duibus liberis et immediatis Imperii Civitatibus annu-
 merata ut. Anno 1312. cum Tiguro et Sargallensi Urbibus foedus
 pepigit. An. 1330. Imperator Ludovicus Bavarus Ottoni Austria
 Duci pro summa 12000. marcarum argenti, quam ei, vi pacis cum ipso
 conclusae, Solove subripet, inter alias Imperii Urbes Scaphusium
 oppignoravit: verum ubi an. 1419. Fridericus Austriaeus à Concilio
 Constantiensi excommunicatus, et ab Imperatore Sigismundo pros-
 criptus fuit, tum idem Imperator sibi inter alia eius dominia Ur-
 bem hanc asseruit ac Imperio restituit, sicque demum Urbs Imperialis
 facta est. Equidem an. 1484. Imperator Fridericus III. huius
 IV. Austriaeus, ibam ab Imperio auertere et cognato suo Sigismundo
 restituere voluit, at advenientes Legatos ejus huius, ut vocant, Commis-
sarios, qui hoc nomine illius capereant possessionem, Civis repulerunt,
 simulque Supplicias à Tigurinis obtinuerunt, necnon non septem ve-
 teribus Helvetiae Pagis ad 25. annos finierunt, quod an. 1479. ad huius 4. foedus
 les 25. annos prolatum est, actantem anno 1501. in perpetuum fo-
 dus commutatum fuit, sicque Scaphusium Duobus Helvetiae
 Pagus evasit.

Ubi Zwinglianismus in Helvetiam iniecit, aliquot annorum
 spatio hic quantum ad religionem res in aequitate haesit, parte
 Civium nova dogmata fervente, altera autem religionem retinere
 cupiente, unde et inter eos tumultus fuit excitatus. Tandem
 an. 1529. pro Zwinglianismus desinitum, tumque ab omnibus
 civibus abjecta religione Catholica Sanctorum Status et imagines
diffraetas et combustas, Missa et divinum Romanae Ecclesiae Offi-
cinum abolitum, Abbas et Monachi Conobii Sanctorum Cono-
bii, et omnes Presbyteri ac Religiosi Urbe ejecti, et eorum bona
 sine addita fuerit.

Scaphusii vna extant spectabiles Ecclesiae, scilicet Monaste-

rii Omnium Sanctorum, speciosum aedificium, in cuius turri (angana) est 96. centipondia peniens, et cuius ambitus 29. pedes complectitur, fuit fuit an. 1486. Item Ecclesia parochialis S. Joannis, quae totius Helvetiae maxima reputatur, obscura est. In ea aperiatur Bibliotheca, quae Brachium dicitur, ad quod ipsorum usum sit destinata; in ea ostenduntur quaedam rara MS. ac inter alia Homilia S. Joannis Chrysostomi in Evangelium S. Matthaei, et vetus Biblia Bohemica conscripta. In Urbe catat adhuc alia Bibliotheca ad Curiam usum.

Ab eo tempore quo Scaphusium Zwinglianum adoptavit, celeberrima Schola Academiae Speiem referens ibidem instituta fuit, in qua Latina lingua et viis ad Ministerium Zwinglianum destinatis necessariorum scientiarum docentur. Urbis Pastores in ea Professorum munere funguntur.

Urbem hanc opulentam efficiunt Salis et aliarum mercium, quarum est Emporium, vectigalia, praecipue autem pingues celeberrimi olim et praedivitis Omnium Sanctorum Monasterii redditus, qui, ut vox dicitur, sine additi fuerunt. Hic etiam praestantes existunt variarum artium Opifices, viri eruditi, et excellentes Medici. Aera spirat optima, adsunt etiam salubres aquae. Plateae magna sunt, pulchrae et commoda. Domus sollicita conservantur, plerumque picta sunt, et umbone notata. Sen postea numerantur. Urbi enigma iunguntur Suburbia, et non procul ab eis hinc inde plerumque in locis eminentioribus caetera voluptuaria occurrunt. Eidem impendit vetus Castrum et ritum antiquo munitum an. 1564. excitatum. Ibidem olim ab Alemanis adversus Romanos extructum propugnaculum fuisse dicitur.

Adest quoque amplum Armamentarium tot armis et aliis bellicis instrumentis repletum, ut ad armandos cives et Subditos sufficiant.

Urbis hujus regimen est Aristocraticum; ea 12. tribubus, in quas Cives distribuuntur, septem viri assumuntur, qui supremam Senatum constituent, et una cum duobus Consulibus, qui alternatim singulis annis imperant, 86. numerantur.

2^a Milliarum Germanico versus Occidentem in Helvetia Superiori et hodie praesens in Helvetia versus Occidentem à Scaphusio catat Urbs enigma Nova Ecclesia (Nouibils, Nouibils, et Neuen- seu Numbils) dicitur. Tribus rectis et ad lineam ductis plateis constat, iuribusque et privilegiis municipalibus fuitur. fuit olim Sedes nobilis cuiusdam familiae de Nouibils dicitur; postmodum ad Episcopos Constantienses pervenit; et an. 1520. Hugo de Landenberg Episcopus Constantiensis illam Scaphusianis vendidit, hinc in ea Praefectum ~~interpres~~ constituerunt, qui eidem et quibusdam adhuc viris praest. An. 1499. in bello Suevo Gonderati Helveti Urbem hanc occupaverunt.

3^a Hic addimus Rhenaniam seu Argiam Rheni, communiter Rhenovium (Rhein) seu Rhenovium; (Clabre et perantiquum Coenobium S. Benedicti Monasterium Turgavia additum et Diocesis Constantiensis. Situm est ad confinia Ragonum Tigurini et Scaphusiani in Insula Rheni non procul à famosis hujus fluminis cataractis Scaphusianis, milliarum fere versus Africum à Scaphusio, et versus Euronotum à Nova Ecclesia (Nouibils) Hic Insula jam primis Ecclesiae saeculis ab omni et virtutum cultu

toribus habitata fuisse dicitur. Eodem circa an. 700. post promulgatam ubique terrarum S. Benedicti Legem hu. Regulam, licet fere dicti S. Benedicti olimni, quibus Wolfcardus Kyburgensis Coenobium condidit, quod postea negotium suorum inter se h. litigantium nequitia penè cuiusmodi fuit, ac tandem circa an. 800. vel, ut quidam solent, 850. à Wolfeno itidem Kyburgensi Comite restauratum et ditatum fuit, et an. 957. à Papa Leone IV. confirmatum, ac tunc ab ipso tunc à suis Successoribus necnon Imperatoribus Germaniis multis privilegiis et immunitatibus auctum. Primus illius Abbas fuit Gogbertus ab eodem Wolfeno constitutus.

Sub eodem tempore Tristramus Legatus in Hibernia provincia, ut ajunt, Princeps Romæ veniens in Helvetiam primum Babaria Monasterium profectus est, tunc huc se conferens hujus restaurati Monasterii Religionis se junxit, ubi, postquam per 27. annos, quorum 22. angusta caeca inclinis, in omni austeritate vitam suscipit, 15. Novemb. an. 877. ad coelum evolavit inter Sanctos relictus, quem quoque Monachi in Coenobio sui patronum elegerunt. Ipse Wolfonus in hoc ~~coenobio~~ à se restaurato Monasterio, omnibus suis bonis, quæ tunc in Helvetia, tunc ~~in~~ Verona in Italia possidebat, eidem attribuitis, Monachum induit, et Abbas post Gogbertum factus; tandem pie obiit 23. Decembris.

Coenobium hoc multis calamitatibus, arumis et persecutionibus fuit obnoxium, præsertim Saeculo XVI. nempe sub novo Zwinglii Evangelio, tunc enim Abbas Bonaventura De Wollenberg à Tigurinis et propriis Subditis cum omni coetu suo in exilium actus fuit; sed tandem Catholicorum Pagorum auxilio in integrum restitutus fuit. Ad hanc usque diem eximia floret ineblytum hoc Monasterium viris pietate et scientiarum virtute foecundum, jam à Saeculo XV. sub tutela Septem in Turingia Dominantium ~~Præpositi~~ Cantoniæ feliciter regens. Illius Abbas Imperii Statibus annueneratus fuit.

Hinc Coenobio specioso ponte lapideo jungitur Ubs unica etiam Rhenangia seu Argia Rheni, item Argia Major §: Rhenan seu Rhyngau §: nuncupata. Sita est ad sinistram Rheni ripam, qui hic flexibus adeo sinuosus est, ut ad hauriginem suam reverti velle videatur. Itaque Ubs hæc opportuno loco posita est ita, ut minutissima fieri possit, cuiusvis angustam peninsulam occupat, quam ad tria latera Rhenus præ se claudit, ac non nisi iustum ex parte Helvetiæ relinquit, per quem è continente ad illam patet aditus, qui et facile nunciari valet; unde Romanorum ætate validissimum fuit propugnaculum ab ipsis excitatum, quò Germanorum grassationes impedirent; cernuntur adhuc antiqua moenia ipsius olim amplitudinis vestigia et reliquia. Circa annum Christi 363. excisam fuisse referunt Baronius et Guillemannus*. Hodierne adhuc in Superiorum, Mediam et Inferiorum Urbem distinguitur, necnon platea et vicii illius specialia sua nomina retinent, quamvis angusta admodum sit; unde conjicere licet, illam antiquis temporibus amplam fuisse Urbem.

Anno 1529. Civis Zwinglianismum amplexi sunt, Abbatemque Dominum suum una cum suis Monachis ope Tigurinorum à suo Monasterio exturbaverunt; at postmodum, quod

* Guillelmannus §: Franiscus; Calobrig Historicus Striburgi in Uchtlandia notus est. Humaniorum Letterarum peritissimus et in Historia versatissimus fuit, cuius

argum
alcatas
s, quate
horator
lit hnt
Hambie
Lilla
thea a
st, id
pit, in
stinati
borum
rium,
yges ubi
ri vlti
atiam
ti, et
lababo
Lom
otata
a, et
akp
it rite
lonca
itur.
is obli
int.
quas
Sena
atim
riori
Scaph
Nem
latis
fuit
stond
ambn
ique in
an ad
Habit
mille
iquam
suis
et Sa
lavin
Scaph
Hæ
un cat

in Universitate Trilove supra retulimus, Pagorum Catholicorum auctoritate restitutus
 gressi Briggoja Pro- fuit, et Rhenangiones in ordinem redacti, necnon ad arvitam
 fessor institutus est, et a Rudolpho II. Im- religionem admitti. Abbas merum et civile in Urbem et Civis, habet
 peratore Casareus et Imperium: malofios autem, quoniam Ecclesia a sanguinis officio
 Austriae Consilia- ne abhorret, Praefecto provinciali extradi jubet, ut motis poenam
 riu, et Historiographus, in eos exequatur.
 declaratus fuit. In-
 ta quorundam opi-
 nionem an. 1612.
 vitan ponit. alii
 autem volunt cum
 an. 1623. adhuc su-
 partitam fuisse.

Ejus opera sunt: Hel-
 veticia seu De rebus
 Helveticorum lib. V.
 Helvetica seu De
 origine hominis Austri-
 aca lib. VII. De
 Episcopis Argentinen-
 Ribus. De Origine
 et Stemmate Con-
 radi II. Imperatoris
 Salici Syntagma.

S.X.
 De Pago Basileensi.

Pagus seu Tractus Basileensis (Canton Basfl.) limites habet: ver-
 sus austrum Pagum Solodurensam, ad Orientem Frivariam et ter-
 ritorium Rhenofeldense; ad Aquilonem et ultra Rhenum Briggo-
 jam, et ad Occidentem Surtzaviam et Salisgandiam; Toggan.
 Longitudo ejus est 9. leucarum Gallicarum, latitudo 5. In eo
 novem numerantur Praefecturae, in quibus Magistratus Basile-
 ensis Satrapas constituit. In sole omnes Zwinglii seu Calvi-
 ni Dogmata sectantur. Illius regimen est Aristocraticum.
 Pagus iste olim pars Helvetiae non fuit, sed Seguranorum pro-
 vincia fuisse videtur: apud Seguanos Bisontios vidimus, et Rom-
 rales: id est, Veruntionem et Augustam Rauracorum: ceteris po-
 tiores Oppidis, inquit Ammianus Marcellinus. Communis opinio
 est Tractum hunc una cum Keum ejusdem nominis Episcopatu
 fuisse, idem spe ac Districtum veterum Rauracorum seu Superio-
 rum Seguanorum, qui post Caesar meminit lib. I. De Bello gal.
 Romanorum aetate Helveticorum foederati fuisse, quorum
 limites ipse et post eum Strabo lib. 4. ad Rhenum et Jurapum mon-
 tem extendunt.

Solum habet fertilia, et fontibus abundans, ac pater Rhenum Biva
 et alii caique fluvii ibidem profluent, qui Rhens immerguntur.

In Republica Helvetica Novus Pagus est. Sed confundi non
 debet cum regione illa, qua Episcopo Basileensi subiecta est,
 et Episcopatus Basileensis municipatus. Hic notatur

1. Basilea, et Basilea Rauracorum (Basfl.) ampla et ma-
 xima totius Helvetiae Civitas, et Basii, cui nomen tribuit et Dominatur
 Metropolis. Sita est 2. miliaribus germanicis ad occidentem a Rheno-
 felda, et totidem levis Gallicis ab Augusta Rauracorum, qua nunc
 Pagus est, sub grad. long. 25. m. 15. lat. 47. m. 40.

Rhenus ibidem interfuit ac in binos partes inaequales dividit, qui
 postquam longo terrarum intervallo ab Oriente, in Occidentem fle-
 rit, velut Helvetia terminus fuit, ac tandem ubi illius fines atti-
 git ad Aquilonem usum suum dirigit aquas suas in Oceanum delatu-
 rus. Huius Civitatis pars minor Basilea inferior seu parva. nunci-
 patur, Major vero Magna.

Circa istius Originem nominis varia circumferuntur opiniones.
 Quidam arbitrantur eam Basileam dictam fuisse a Basilisco,
 qui ibidem repertus fuisse dicitur, quem et propterea Urbis insignia ve-
 ferunt: verum id vel ex eo falsum est, quod neque ad an. 1452. istius
 inique Leo fuit, tunc enim occasione exuviarum Basilicenses ejus-
 dem ex Italia ablatarum, primum ipse Civitatis insigne factus
 fuit. Alii eundem derivant ab ingenti quorundam ibidem existente, ac
 Idolo, cui Basil nomen fuit, dedicata. Alii a Basilia Impera-

aditorem, quod dicitur Imperator Rudolphum III. Burgundia Regem,
cujus gener erat, adegerit, ut eo, quod in Basileam urbem pertendere
posset, juri renuntiaret.

Basilea igitur urbs Imperii facta est, nec non quaedam obtinuit
privilegia, quae sancti Imperatores successivi auerunt. Illius
tamen dominium retinuerunt Episcopi usque ad Joannem de Vien-
na, qui Majoris Basileae dominatum an. 1373. ipsemet Civitati,
postquam à terra motu, quae an. 1356. penè eversa fuerat, revixisset,
vendidit et reliquit. Ab eo tempore saepius terra motibus
congruata fuit, ut annis 1372. 1415. 1416. 1428. 1492. 1533.
1548. 1552. 1571. 1577. 1584. 1601. 1612. 1614. 1621. 1675. 1687.
1711. et 1721. 3. Junii.

Basilea Minor seu Inferior initium sumpsit à duobus ad Episcopos
Basileenses spectantibus vicis, quos an. 1270. Episcopus Hensius
Comes Neocomensis moenibus et fossa circum Urbem fecit. Eam
an. 1365. Episcopus Joannes de Vienna Leopoldo Austriaco oppugn-
avit, à quo 14. annorum spatium possessa fuit, usque ad annum heli-
cat 1379. tum enim ab ipsa se redemit. Denique an. 1395.
Episcopus Fridericus de Blankenheim seu Blankenstein ean-
dem Majoris Basileae civibus pro summa 29800. florenorum ven-
didit, siquae unum Corpus unum ipsa facta est.

Anno 1431. Basilea celebrari coepit famosum illud Concilium,
in quo Eugenius Papa IV. illegitime Papatu exutus et in ejus locum
electus seu potius intrusus est Alexander sub nomine Felici V. Ana-
dorus Dux Sabaudia, qui post mortem conjugis sua Mariae Burgun-
dia Principis, et traditum filio suo Principatum Ripariam agrum
Caballini oppidum hereditate sibi ipsae una cum Sa. Helvetis, so-
ciis se contulerat, ibique condito domicilio eremiticam sed mol-
lem et juvenam agebat. Tum Concilium istud in Latrocinium
degeneravit à plerisque Patribus Desertum, paucisque qui reman-
serunt an. 1448. Basileam ejeti Lausannam se receperunt, ubi
à Nicolo Papa V. Eugenio IV. an. 1447. mense Februario vita functi
successore in gratiam recepti Schismati, quod Basilea exutave-
rant, finem imponere abdicato. Pseudo-Papa suo Felice, qui
anno sequenti deposita Thiarâ se in suam reman Ripariam
denovo recepit.

Anno 1441. Basilea foedus pepigit cum Bagis Bernensi et Solo-
dorensi. An. 1444. 26. Augusti hora quatuordecima ab ea ad
ripam Birsae fluvii prope Nosocomiam et Ealeriam, quae S. Jaco-
bi dicitur, 1800. Helvetii cum 30000. Gallis, sub Ludovico Franciae Del-
phino Gallis integris decem horis pugnâverunt, omnesque caesi sunt
praeter seniores clavis nuntios. Hos Helvetii, quod fuga sibi con-
sulerant, nec se una cum locis suis à Gallis torculari permisissent,
tanquam ignavos et perfidos morte damnare voluerunt, quam agere
evaserunt.

In bello Burgundico adversus Carolum Audacem Burgundiae Du-
cem Basileenses copias suas Helvetiis junxerunt; ac tandem
an. 1501. 9. Junii in publicis Comitibus Lucerna celebratis perpetuo
foedere ipsis juncti fuerunt; siquae Basilea una cum suo Tra-
ctu ab Imperio avulsa et novus Helvetiae Bagis, Bagis Tribuog-
ni et Solodorensi eadem praerminentiam ultra cedentibus, facta
fuit.

Basilae 220. plateae numerantur, 6. fora publica, 46. sex speciosissimi fontes siphonibus instructi, 31. mola. Urbis Majoris ambitus est 7500. passuum. In ea 9. vel 10. Ecclesiae numerantur, inter quas aeminet Cathedralis, in qua Erasmi Rotterodami tumulus visitur: qui 12. Julii an. 1536. diem supremum obiit. Septem vel octo Monasteria, quae modo ad alium, quam ad quem fundata fuerunt, unum destinata sunt.

Si Minor Basilea alio loco, quam quo est, posita esset, etiam magna dici posset, verum respectu altioris, qua ipsa longe major est, Minor vocatur. Ambitu suo 3000. passus aequat. In ea tres Ecclesiae, praeter parochialem numerantur, et totidem Conventus, inter quos olim calabro fuit, (arthusianorum Monasterium.

Basilea calabri superbit Universitate à Pio Papa II. qui sub nomine Henrici Sylvii Concilio Basileensi interfuit, an. 1459. erecta, ea quo in omni litterarum genere praestantissimi viri semper prodierunt. In ea 18. numerantur Professores. Adest etiam ampla Bibliotheca variis Ms. usque raris admodum ornata.

Est tempore, quo Ulricus Zwinglius Tiguri novum suum Evangelium disseminabat, idem Joannes Oecolampadius germanice Laubffirin, Basilea praestitit tanto successu, ut universum populum ad suos partes traxerit, Magistraturaque 1. Aprilis an. 1529. Missam, omnemque Ecclesiam Catholicam exercitium prohibuerit, et ~~Constitutiones~~ Ecclesiae Cathedralis Canonicos, Presbyteros, Monachos at Sanctimoniales, omnes urbe exegit. Capitulum Cathedrale primo Traiburgum Brisgoja, postmodum vero Arlesheimium milliarum à Basilea distantem vicum se recepit, ibique Ecclesiam et domos sibi edificavit, ubi hodièrùm adhuc residet.

Basilea id speciale occurrit, quod scilicet ibidem Horologia horam semper ante vestiant, adeo, ut, cum alibi hora duodecima esset, Basilea Horologia primam pomeridianam sonent, cuius rei variae afferuntur opiniones, quarum forte nulla vera est.

2. Augusta [Frigst.] Vicus Basileam inter et Rhenofeldam situs, duabus levis Gallis ad orientem à Basilea et una ad occidentem à Rhenofelda, ea se ipso vilis quidem, at ex nomine suo in antiquitate celebris, utpote quod eo loco Rauracorum Metropolis ab ipsius in sua cum Helvetiis emigratione, ut dicitur, combusta, et postmodum Imperatoris Augusti iussu à Livia Matris Flavio iterum aedificata, et Romanis Civibus ad incolendum tradita stetit, atque inde etiam Colonia Thematiana dicta, quo nomine Basilea ipsa interdum utitur.

Augusta postmodum vel ab Thunorum Rege Attila, vel à Sueris Sauro V. penitus excisa fuit, nam aetate Valentiniiani II. Imperatoris, qui an. 392. diem supremum obiit, illam adhuc superstitem fuisse comperitur est. Communis opinio est, Basileam, quae prius non nisi vilis piscatorum vicus fuit, ex illius rudimentis emersisse.

Ibidem varia antiqua Romanorum munimenta rusticorum vel vineas colendo, vel agros aratro sulcando hodièrùm adhuc

Handwritten marginal notes on the left edge of the page, including dates like 1492, 1536, 1678, 1681 and various names and terms.

erunt, non tamen ita frequentes, ut prioribus temporibus. Ante aliquot annos ibidem aeneas Marcus altitudine sua palmas aequans inventus est. Non procul à Molendinis loco paulò eminentiori extant quinque semi introsum rotunda turres altum humis deprope: videtur hic fuisse amphitheatrum, ubi bestiarum diminationes acta sunt: aliquantum superius occurrit murata cryptoporticus ultra leucostabulum seu leuiswaldum [; Liffst, Bad:;] protensa: videtur fuisse aqueductus, quo aqua in superiorem Civitatis partem vehabatur. Augusta fuit Sedes Episcopi, qua post illius invasionem Basileam translata fuit.

Quidam Notarius Scriptor Augustam Rauracorum quae sit loco, ubi nunc Manduria [; Mandure:;] urbs seu oppidum ad ripam Dubis [; Doux:;] fluminis miliaria à Monte Bellivardo in Comitatu Burgundiae extat, atque locum, quem alii Scriptores Augustam vocant, ac prope Rheum situs est, nunquam Rauracorum Metropolim fuisse, sed elegans duntaxat Romanorum popugraculum seu munitionem. Verum nemo ei credit.

3^o Leuiswaldum seu Leucostabulum [; Liffst, Liffstall:;] Urbs origo ad Eozogam [; Ruzg:;] fluvium tribus leuis gallicis versus Austriam à Basilea. Elegans est et mediocriter magna, tres in ea numerantur plateae ad lineam ductae, illiusque centum Ecclesiae occupat. An. 1381. incendio perit, at postmodum è cineribus suis edita et cominè restaurata fuit. Quaedam in illa antiquitates Romanae videntur, ut veteres muni-

cryptoporticus seu via subterranea, qua continuatio esse videtur illius, qua Augusta Rauracorum limit initium. Aliquibus videtur esse Metropolis exiguæ Tractus, qui Salisgauria [; Salzgau:;] nuncupatur, et cuius pars ad Episcopum Basileensem spectat, atque iuxta Bisan [; Bisep:;] fluvium versus meridiem et Bagum Solodanensem in montana porrigitur.

In via regia, qua è gallicis et Italia in germaniam iter fit, sita est, hinc continuò illuc proficiscentes per illam transcurrunt. Quibus gaudet privilegiis, qua ipsi Basilea aut impetravit, aut concessit.

Circa illius originem nihil certi habetur; Verisimile est Comitibus de Homburg, sub quorum dominio per aliquot secula fuit, ad illius incrementa haud parum contulisse. Ab eis ad Fridericum Comitem Tuggenbursensem pervenit, qui illam an. 1305. pro 2100. maris Argenti Petro de Asphalt Episcopo Basileensi vendidit. An. 1400. Humbertus idem Episcopus Basileensis illam Rudolpho Marchioni Hochbergensi oppignoravit, et anno sequenti Basileensibus vendita fuit, sub quorum dominio adhuc degit. Habet proprium suum Magistratum cui bini Praetores praesident, unus Basileensis alter huius Urbis civis.

* Comitibus ab Homburg Castro dicti sunt. Solum est supra lacum ad orientem Burgi Romani, ubi à monte Jura fit descensus. Confundi non debet cum aliis ejusdem nominis castro in Francia posito. Non Thomae Rauracenses [; Raurac:;] dicitur, quas variis modis mendaces dicunt.

4^o Sispacum [; Sissach:;] elegans et amplum oppidum, seu, procul ab illo occurrit ut alii volunt, urbs tribus leucis gallicis ad Eurotum à Basilea in planitie seu valle inter montes, qui Hausenstemium seu prius et inferius vocantur, sita. Nomen tribuit exiguus Tractus, qui ab ipsa Sispacia nuncupatur.

5^o. Burgus Romanorum | Wallamburg | Urbs exigua Basileam
inter et Solodorum sita 4. leucis gallicis ad Austorum à Basilea, ad
Eozogiam | Rogatz | fluvium sub Thaurstenis monte et in ter-
mino Jura Jura. Per eam via est à Geneva et Berna.
et aliis locis per Jurapum montem. A Castro protegitur, quod
ei ab excelsa roge imminet. Urbs haec cum suo districtu pri-
mum Comitibus Thomburgensibus, postmodum Toggenburgensibus,
ac tandem Episcopis Basileensibus paruit. An. 1401. Episcopus
thumbustus Comes Neocomensis illam Basileensibus vendidit, pe-
nes quos haecenus permansit. Illius germanicum nomen Jori-
vatum videtur à voce latina Saluum, quod veteres Mauraci
hic vadum exiisse dicantur, quod se adversus Romanos tuerentur.

§. XI.

De Bago Solodurensi.

Bagus Solodurensis sive Soloduricus et Solodorus | In Canton
Solothurn sive Solothurni | Bagorum Helveticorum foederis
ordine Decimus, dignitate vero undecimus, confinis est ad septen-
trionem Episcopatu et Bago Basileensi, ad Orientem et Austorum
Bernensi, et ad Occidentem partem dicto Bago Bernensi et partem
territoris Episcopi Basiliensis. Satis amplus est ac ipsius lon-
gitudine ab austro ad Aquilonem est 12. miliarium et ^{maxima} ~~et~~
latitudo ab Occidente ad Orientem 9. ~~Partem~~ Partem in planitie
partem in Juraso monte sita est. Solum habet fecundissimum,
omniaque ad vita commodum necessaria etiamnum vinum profe-
rens. Agri, silva et prata ita belle inter se permiscetur,
ut una ex Juraso monte conspiciuntur, hortum voluptuariam
exhibere videantur. Agri optimi reddunt fumentum
prata pingua sunt, et arbores omnis speciei excellentes fructus ge-
nunt. Haec desunt fontes minerales et Thermae.

* Hecumque tamen
angustus est, unde
Triburgensis Bagus,
quamvis nominis 8,
miliaria longus et
tria vel quatuor im-
toeat latus sit, ta-
men major ipso est,
quod ipsius latitudo
semper et ubique
sit equalis.

Bagus hic in 12. Praefecturas seu Praefecturas provinciales distribu-
tur, quarum quatuor interna vocantur, octo externa, atque
partim eis partim trans Jurapum sita sunt. Participat
etiam cum aliis Bago quatuor Italicis Praefecturas, ut et ju-
risdictionem criminalem in Landgraviatu Turgavia. Illius
regimen est Aristocraticum. Incola omnes Catholicam reli-
gionem magno et insolito favore sectantur. Plaga, quam
ipse occupat, ab antiquis Scriptoribus Ambrosius Bagus vocata
fuit. Notandum occurrit

10^o Solodurum, Salodurum, Solothurnum, et Solodorum | So-
lothurn, Solothurn, et Solodurum | totius Bago Metropolis, cui et
nomen tribuit, ad sinistram Arola | Arola | ripam in Salgovia | Sal-
govia | id est, in regione veterum Saliorum, qua juxta Dentorum
latus Arola ad Biemensem lacum usque porrigitur, loco ameno
et paulo eminenti ac hinc versus Arolam depresso posita, leuca gal-
lica ferme à Juraso monte, 7. miliaribus Germanicis ad Austorum
à Basilea, sub grad. long. 27. m. 14. lat. 47. m. 22. Illam Arola
in binas partes, inaequales dividit, qua parte Sablicis junctatur: pars
Minor populi Majoris Suburbium duntanat est.
Urbs haec tum propter suam vetustatem, tum pulchritudinem,

tum amplitudinem, tum denique propter munimenta arte nova ca-
 utata, quibus cingitur, admodum spectabilis est. Vetus populi
 Solodurensis traditio est, illam jam aetate Patriarchae Abrahami
 post Trevirum conditam fuisse, in cuius opinionis confirmationem
 sequens Henrici Loriti seu Glarani Distichon veteri turri in Urbis
 medio posita insculptum fuit:

In Celtis nihil est Saloduro antiquius, unis
 Exceptis Trevis, quarum ego dicta Soror.

Id saltem certum est, illam nempe vetustissimam esse. Noti-
 tia Imperii illius sub nomine Celti Salodurensis invenitur, quod
 argumento est, illam jam Romanorum aetate Urbem munitam
 fuisse, et ex illis unam, quas Helvetii quinquaginta annos ante
 Christi ortum invaserunt et incendierunt, postmodum vero resi-
 ficaverunt. Ibidem varia numismata, Inscriptiones, et alia vetusta-
 tis monumenta fuerunt reperta.

Circa illius nominis originem non est una eademque opinio: qui-
 dam volunt illam ab antiquissima turri illa, quam primum voca-
 verunt, velut Solan Turrim | Soloturrim | dictam fuisse; alii Solis
turrim | Tonnou Turrim | ut quae antiquitas Vetus Solis Turris | Thl.
Tonnou = Turrim | interdum nuncupata fuerit. Turris haec inter
 plurimum retroacta antiquitatis monumenta non ultimam mere-
 tur locum, lapidibus quadratis constat, qui lithorolâ ex vire et ovio,
 quodajunt, confecta adis fortiter juncti dicuntur, ut nec ferro
 instrumento vel minimum frustum eorum evelli possit.

Verisimilius autem est Urbem hanc nomen accipere à primis
 incolis suis, quos Cesar Salenses nuncupat, et quorum nomen
Salzachinum | Saltzacher Volk | magnus pagus seu Oppidum
 Urbem hanc inter et Biennam Rura adhuc retinere et refer-
 va videtur, antiquumque illius nomen esse Salodurum,
 quod antiqua monumenta produnt.

Antiquitas ab Hunnis, Gothis, Vandalis, et aliis barbaris populis Helve-
 tiam depopulantibus caesa fuit ita, ut ea ca nihil remanserit
 praeter turrim illam, a qua jam meminimus. Initio Saeculi V.

sub Imperio Theodosii II. Imperatoris Burgundia addita, et sequen-
 tis formae praecipua Urbs fuit; tum ab an. 560. usque 888. ad Franciam
 pertinuit; an. 1032. Imperii Germanici facta est, necnon post
 mortem Friderici II. Imperatoris libera et Imperialis civitas, atque
 Suevia Duces velut Imperatorum Vicarii eidem praefuerunt. Sa-
 culo XIV. Inusta Regis Helvetiae, quibus bellum erat cum Austriae,
 se junxerunt, cum jam Bernatibus antiquo foedere juncti essent.
 Saeculo XV. Senio eorundem Regum loci fuere adversus Burgun-
 dia Ducem Carolum cognomento Audacem; fuitis bellus hoc et an.
 1481. Urbs et praesertim haec cum suo Tractu Regisipfis annuata
 fuit.

Regimen ejus, quod supra jam memoravimus, est An-
 tovatium. In Palatiastis Subest Episcopo Lansannensi, qui
Tribuni Uchtlandia residet.

Soloduri varia numerantur Ecclesia, necnon aliquot utriusque
 Sexus Monasteria. Praecipue autem celebratur Ecclesia Collegiata
S. Martini Ursi et Victoris Thebae legionis militum, qui dum huius
Agauri seu Octoduri, quod nunc Sancti S. Martini vel Mauritiani
 dicitur, in Valeria ob fidem Christianam iuxta Maximiani Imperato-

is necarentur, fugâ dilapii hinc se cum aliis sexaginta sex receperunt, ubi paulo post ab Histaro Praefecto Martyri coronam acceperunt. Ecclesia haec loco eminentiori terram aggerem cehibente posita est. Idem Bertrada Caroli M. mater in honorem S. Ursi an. 736. contavit, et Bertha Rudolphi II. Regis Burgundiae conjux et filia Burcardi II. Suevia Ducis an. 930. Collegium Canoniorum à se fundatum eidem adiunxit. In hac Ecclesia varia conuenerunt monumenta et Mausolea celebrium virorum una cum ipsorum epitaphiis, ac inter alia binorum filiorum Bertholdi V. Zaringiae Ducis à quibusdam Nobilibus veneno sublatis, quos calore horum Principum prosapia finem auget. Adest etiam magnificum Altare, quod eorum an. 1519. restauratum, inventa fuerunt reliquia duorum corporum, quorum unius cranio lamina argentea superposita erat cum hac inscriptione: Conditus hoc Sanctus tumulo Theobaldus Ursus, cujus ut memoria conseruatur haec calata fuit Inscripctio: Venerabilis tumba S. Ursi sub Altari Chori an. D. 1519. invent. vates tegmen.

No. hic ordo à Papa Clemente an. 1774. extinctus fuit

PP. Minores S. Francisci Conuenticales hic etiam speciosum habent conuicium, quod an. 1664. è fundamento reedificatum fuit: adeo amplum est, ut potiorum illius partem Galliarum Regis ad Bagos Helueticos Legato, qui continuè Soloduri residet, locent.

Jesuitae hic etiam magnificum habent Collegium. Anno 1646. octo illorum, vel, ut alii referunt, decem in urbem admitti fuerunt, eâ tamen conditione, ut nunquam plures essent, et nec bona nec domos sibi compararent; interim tamen hinc conditionibus stare compulsi non fuerunt, modoque illorum numerus ad triginta capita prohibetur auctus, et adeo virites prouidentur, ut in eorum nouo Collegio suo ultra quadringenta librarum millia expendisse dicantur, magnificum est illius fontisquies, ad quod construendum Ludouicus XIV. Galliarum Rex decem librarum millia auaritus est.

In minoris trans Aralam Urbis hinc Suburbii aditu occurrit Capucinorum Monasterium.

Urbis haec etiam magnificis palatiis et aedificiis superbit, inter quae praecipua videntur Curia Civilis hinc Batorium, Armamentarium omni Ordinis apparatus abundè instructum, necnon Galliae Regis Legati palatium.

Anno 1529. Protestantium Religio Soloduri tanta sumit incrementa, ut sub mediatione Bernensium et Basileensium Magistratus edictum promulgare coactus fuerit, quo conscientiae libertas stabiliebatur, omnibusque Civibus et Subditis permittebatur eam, quam ipsis convenientem propria dictaret conscientia, amplecti Religionem. Verum ubi an. 1532. Protestantes seu Zwingliani facta conspiratione Catholicos omnes una cum suis uxoribus et liberis è medio tollere desuperint, Catholici hoc inhumani consilio uolunt per miraculum detecto Protestantes una cum suis Praeconibus urbe et toto suo Tractu seu Bago exterminarent.

Anno 1717. magnum Soloduri excitatum fuit incendium, quo inter alia plura aedificia Legati Franciae palatium una cum omni superba etili et scripturis in fumum abiit.

2. Buchaunum [; Buefoch:] uetus diuinitum Castrum, quod Tractu, qui Buchoyaria [; Buefogan:] dicitur, nomen dedit,

atque Domus natalis, fuit eiusdem nominis Baronum postea Comitum,
 in Buzurgaria, quae sita inter Alpes et Rhodanum montem, sita est in
 unum minoris Burgundia, Lodovicus id est, Argovia Landgravi in
 Buzurgaria dicti sunt; inter quos an. 1320. Matthias Archiepiscopus
 Moguntinus, et Berchtoldus ipfius frater Argentinensis et Spi-
 rianis Episcopus fuerunt. Tandem an. 1383. horum Comitum Stirps masu-
 lina desit in persona Joannis Episcopi Basileensis; atque Rex Buzur-
 garia ad eius Sororem Elisabetham Comitissae de Bechburg conjugem
 devoluta est, quam illa an. 1391. Solodurensibus vendidit.

In Buzurgaria numerantur praecipue Aeres et urbes parvae Wit-
 lizacum; Wirtlichgau; Wangen; Wangen; Birmen; Birmen; qua
 Bernensis sunt jurisdictionis, Falkensteinum; Falkensteinum; Bech-
 burgum; Bechburgum; Oltena; Oltena; p. qua ad Solodurenses perti-
 nent.

3^o Bechburgum; Bechburgum; Castrum militiarum germanico ad occiden-
 tem ab Oltena. Propriae bina sunt Castra novum et vetus, istud Falken-
 steinum vocatur, quae bina una cum suo tractu ad familiam jam du-
 dum extinctam pertinere.

4^o Oltena seu Oltenium; Oltena seu Oltenum; Urbs angusta sed
 concinna Caput ejusdem locum nominis Praefectura incolae posita
 ad sinistram Arula ripam, quae ibidem ponte publico jungitur, quin-
 que levis Gallias versus orientem à Soloduro. Opportunus et mo-
 mentosus hic est transitus: Dinnera; Dinnera; rivus ibidem
 Arula immergitur, qui tanquam nativa sua rubicundus profert rivus
 iste, qui interdum joci et entameos ad ignorantem decipiendi gra-
 tia inter cortos mense apponuntur.

Urbs haec olim Episcopi Basileensibus paruit, ab ipsi postmodum
 Comitibus Friburgensibus in feudum tradita est, quorum prosapia
 an. 1368. extincta ad Episcopos reversa est. Cum deinde Episcopus
 Joannes de Vicenna cum Bernatibus et Basileensibus Urbis Birmen-
 nensis causam bellum gereret, ille Oltenam Rudolpho Comi-
 ti Nidavariensi an. 1367. cepit ea conditione, ut ei adversus hos-
 tes suos suppetias ferret. Comes iste an. 1374. ab Anglis, cum Bursa,
 quam urbem obsidebant, per fenestram respiceret, sagitta
 trajectus interit valitis duntaxat duobus filiabus, quarum una
 Hartmanno Comiti Kyburgensi, altera Sigismundo Comiti
 Thiersteinensi nupsit, ad quos postea Oltena devoluta est.
 Hi illam Archiduci Austria Sigismundo oppugnaverunt. Anno
 1383. Bernenses urbem hanc obsederunt, à qua horribili tempe-
 rate repulsi sunt. Sequenti auro Episcopi Basileenses denique
 illam redemerunt. Tandem an. 1426. Episcopus Joannes de Flecken-
 stein eandem Solodurensibus vendidit, qui illam Praefecturam
 fecerunt. An. 1712. hic de pace quinque Catholicos Pagos inter
 et Tigurinos Bernensesque in eundem in casum actum fuit. Non
 procul ab Oltena occurrunt fontes minerales, qui cità alio labo-
 rantibus speciatim medentur.

5^o Donnacum; Donnacum, Donnacum; Urbs seu Oppidum ad Bir-
 men; Birmen; fluvium, qui ibidem ponte jungitur, tribus horae quatuor-
 tibus ad austrum à Basilea positum. à Castro montano protegitur.

Antiquitas Urbis hae proprium habuit Dominum, videturque fuisse
fundum Comitum de Thierstein, quod catinetis Lotharionibus ad illos rediit.
Ab eis ad Nobiles de Efsingen, quorum Joannes Bernardus Castellum et
urbem una cum illius tractu an. 1184. Solodurensibus vendidit, qui
ibidem Praefectum constituerunt. P.P. Capucini hic habent Monas-
terium.

Locum hunc celebrem fecit insignis victoria, quam Federatus
Helvetii de Austria sub Comite Nürtenbergio an. 1449. 22. Julii ibi-
dem reportarunt. In hoc praelio 3000. Austriacorum deciderat fieri,
ipsaque iborum Dux Nürtenbergius occubuit. Helvetiis omnia
Austriacorum impedimenta una cum 21. tormentis bellicis capse-
runt.

6^o Beinwilla seu Opium villa, et S. Mariae Petra: Brinswil,
et Maria seu Unpro-Gravon Prin:| vetus Ordinis S. Benedicti Mo-
nasterium in monte Jurasso supra juvenum collem in angusta
valle ad Liselam:| Luyel:| rivum 3. leuis Gallias versus Austrum
à Basilea positum Diocesis Basileensis.

Circa annum 1085. fundatum perhibetur à Secreti Comitibus, in
quod isdem postulavit, S. Wilhelmus Abbas Hirsaugiensis no-
vam à suo costu Religiosorum coloniam sub Epsone, qui primus illic
Abbas fuit, transiit, sub quo Epsone ac illius Successoribus multis
privilegiis à variis Summis Pontificibus et Imperatoribus donatum
tanta sumit incrementa, ut celeberrimum et opulentissimum
evaserit. At post intervalla temporum bellis ingruentibus totum
fere cum jurebus suis succubuit, paulo post tamen sursum erigi visum
est, cum ~~1443~~ an. 1443. Solodurensis Republica illius Abbatem
jure Civitatis donavit, sed post brevis nore turba sunt castra
anno quippe 1499. Austriaci, quibus bellum erat cum Helvetiis, ibi
ejus Monachis incendunt ac penitus devastaverunt, tuncque
per 90. annos desolatam et vastatam sub suis permansit rudibus,
Donec an. 1589. pia Solodurensis Republica demum illud ex cineribus
aduxit et restauravit accito ex celeberrimo Einsidensi Monaste-
rio cum aliquot Religiosis Wolfgango Spies viro Religionis et
Scientiarum virtute celebri, qui eodem sub Administratoris fun-
tanaat titulo laudabiliter per plures annos praefuit. Tandem
anno 1633. postquam Acceterum istud 108. annorum spatio Abbate
carisset, et solummodo per Administratores rectum fuisset, Frin-
tus Kieffer Solodurensis ex Rhemi Angia postulatus Abbatis titu-
lum et dignitatem suscepit, vir caesus et per omnia magnus, ac
non tam disciplinae Monasticae restaurator, quam totius Monaste-
rii secundus fundator audire meritus.

Veterem Beinwillam seu Opiumvillam*, qua ruinam mina-
batur, restauravit. Modo tamen Monasterium hoc pauci distant
incolunt Religiosi, qui parochialia munia ibidem obant. Eum-
vero idem Abbas Frintanus non procul hinc ad Blavum montem | Bl-
vum:| qui Jurassi ramus est, prope Coroniam | Landecron:| arcem mon-
tanam et munitam in Suintgoria positam justo milliaro ad Austrum à
Basilea, aliud novum Conobium à fundamentis eruitur eo loco,
qui à rupe in modum sacelli incavata Petra B.V. Mariae dicitur est occa-
sione magni miraculi ibidem vicinis Basileensis Synodi temporibus
per ejusdem Sanctissima Dei genitricis intercessionem patrati. En
paucis totius historia seriem:

* Beinwilla | Brinswil:|
nomen accepisse vide-
tur à brachio S. Vin-
centii Martyris, quod
Berchtoldus V. Zavin-
gia Dux huius Monas-
terio dono dedit, à
quodam Beinwilla
seu Opium villa ad
S. Vincentium mun-
cipatum fuit.

Species est 400. circiter hominum capax in modum sacelli natura formata in rupe excavatus. Conceperat ad illum cum prole sua mater gregis custodiendi labore defessa, ut solis ortum desinat in umbra solatium caperet, unquam obdormisset, infans incaute vagatur, labitur, et in valem 24. orgyis profundam precipitatur. Erigilans mater, charum pignus amissum per devia et avia quaerit, ac tandem in ima valle reperit collectos in corollam floculos continens; stupenti pro gaudio matris et, quid ageret? discitanti, reponit lectum se vestes Virgini Mariae, quae dum caderet, ipsum exceperat hanc Betram sibi sacram multisque in salutem profuturam professa. Alii paulo aliter factum ritum narrant, ajunt enim matrem, dum proles labatur ac in ima decessetur, erigilasse, illamque B.V. Mariae commendasse. Miraculo motus Dynasta Domacensis, sub cujus Praefectura locus erat, de consensu Synodi Basileensis specum in sacellum converti curavit, cui primum Presbyter secularis, tum Monachi Augustiniani praefecti fuerunt. Tandem Hirtano Abbati Beinwilensi traditum fuit, qui et ibidem novum, quod jam diximus, novum è fundamentis coenaculum excitavit, ac in illud è Beinwilla Monachos suos traduxit, quod et à Saiso hoc specum Petra B.V. Mariae | Marianstein | vocatum est, cujus Templum an. 1655. à Joanne Francisco Basileensi Antistite Solemni ritu dedicatum et consecratum fuit. Frequenter sunt ad hoc sacrum sacellum fidelium peregrinationes, ubi et frequentia per Somne Dei genitricis Mariae intercessionem fiunt miracula.

§. XII.

De Bago Triburgensi.

Bagus Triburgensis seu Triburgensis | Duo Cantones Triburg seu Triburg | Sordis ordine nonus et dignitate decimus inter Bagos Helveticos, ac Catholicorum Bagorum post Lucernensem maximus et potentissimus. Undique Bernensi Bago cingitur si Stavicense territorium excipias Laum Neoromensem attingens. In eo. ig. vel 21. Praefecturae seu Dynastiae numerantur. Bateria una cum Bago Bernensi quatuor adhuc Territoria dominatur, sicut Muratensi, Grandisoniensi, Urbigeniensi, et Schwarzenburgensi. Item cum aliis Bagis participat Turgaviam.

Ejus maxima longitudo ab Austro ad Aquilonem est 8. miliarium Germanicorum, latitudo autem ab Occidente ad Orientem trium. Glacii, qui illum perflunt, praecipui numerantur Sana | Sana | Sensena | Sorsum | Garonna | Gasron | p. Ubi planus et aquabilis est, multi coluntur agri, montes herbis ac optimis pasuis hauriantur. Juvala omnes Catholici sunt, illorum idiomata partim germanicum partim corruptum Italianum sive Sabaudicum est. Mores ipsi sunt ut caeteris gentilibus suis, sunt animosi, Sinceri, necnon litteras amant, p. 1.

Plaga haec Uhtlandia sive Niithonia | Uhtland, Niithland, Niithland | vocatur à Niithonibus veteribus ejus incolis. Attamen aliqui sub hoc nomine etiam partem illam Bago Bernensis, in qua Juvala Germanicam linguam loquuntur, venire contendunt. Occurrit hic.

39
;0. Freiburgum, Freiburgum | Freiburg, Freiburg, Freiburg, et
Urbis | Regi Metropolis ad Sanam | Dann | fluvium Sita, qui illam
dividit Simulque ex omni parte cingit, 6. vel 7. circiter leuis gallus
ad Africum a Berna, sub gr. long. 24. m. 90. lat. 46. m. 50. Am-
pla est, ac pulchris edificiis ornata. Ilius situs plane catinobina-
rius est, Sola namque illius plaga orientalis plana est et aliquan-
tum aquabilis, religuae rupibus et collibus constituntur, ita, ut,
quorunque quis ire voluerit, semper aut ascendere aut descendere.
debeat. Cum variis temporibus aucta fuisset, hinc etiam in
quatuor regiones divisa est, prima vocatur Oppidum, altera Jurula
 seu Pratum, tertia Urbis nova, et quarta Kenodochium. Pla-
teas habet magnificas et latas pulchris privatis et publicis, plenum-
que eclesiasticis edificiis ornatas. Præsertim videri me-
ritur S. Nicolai Templum, quod est præcipuum cum huc pro caelestis Cam-
panis, quod an. 1283. excitatum fuit. Demum in ediffi-
na Urbis plaga pulcherrimum habent Collegium edificatum
an. 1604. una cum ludo litterario et Eclesia, in qua quiescit
corpus Petri Conisii Jesusita an. 1564. demortui, cui præcipue
Urbis refert acceptum, quod Catholicam religionem retinere
vit. Adest etiam CP. Ermitarum S. Augustini Coeno-
bitium an. 1248. fundatum, ut et CP. Minorum S. Francisci
Conventualium an. 1237. excitatum, neon Urselinarum
inter Saxa ad ripam Sana Situm, item non procul ab Urbe
Monialium Ordinis S. Benedicti. Curia seu Prætorium
supra ripam positum est eo loco, ubi olim Arx munita fuit,
que Urbis dedit initium.

Urbis una cum Bagis huc Catholicam feride sectatur Religio-
nem, atque in Eclesiasticis Episcopo Lausannensi subji-
tur, qui et in ea residet, postquam Sebastianus de Monte
Salonis | Montfalcon | a Præsentibus Lausannâ expulsus
fuit. Ilius laulari regimen Aristocraticum est: Se-
natum Magnum 200. viris constituntur, Minorem 24. qui
singulis annis Dominicâ ad festum S. Joannis eliguntur.
utrinque hujus Senatus Caput Advocatus | Avoyer | mun-
cipatur, qui in vigilia S. Joannis Baptista ab universo
populo assumitur. Cives partim germanam partim
Italicam sed corruptam, vel potius Sabaudiam linguam,
quam Romanam vocant, loquuntur. Urbis undique mon-
tibus velut muribus cingitur, que ei omnis munitio loco-
hant, adeo ut aliis propugnaculis haud indigere videatur. Ex-
citata prohibetur a Bertholdo IV. Zaringia Duce et Transjurano
Burgundia Princeps an. 1179. atque multis immunitatibus et
privilegiis donata, que Fredericus I. Imperator cognomento
Anobardus seu Barbarossa confirmavit non modo sed et au-
xit an. 1183. Mortuo ultimo Zaringia Duce Fredericus
II. Imperator urbem hanc liberam et Imperialem declara-

vit, dato ad id diplomate in Urbe Hagnoja Diplomate 1219. mense
 Septembri. Tum Urbs hae haud vulgare sive in aedificiis sive incolis
 fuit incrementum; non tamen sua fuit libertate. eadem die
 datum est, cuiusmodi cum postquam Imperator Fridericus II. repe-
 titis vicibus a Summis Pontificibus excommunicatus, et quantum in
 ipso erat, Imperio abdicatus fuisset, tunc Imperium ipsum continuis agi-
 tari coepit turbis, minorisque Status potentiorum praeda esse coepe-
 runt, unde Triburgenses, non satis sibi vicium esse, quod se tuerentur,
 arbitrati, an. 1249. se suaque, Kovatis tamen sibi immunitatibus, et
 privilegiis a Zaringia Ducibus et Imperatoribus obtentis, Hermannus
 Comiti Kyburgensi tradiderunt; extracta dein eorum Comitum pro-
 lapia Eberhardus Comes Habsburgicus per suam conjugem suam or-
 minum Kyburgensium dominiorum heredem unicum illorum dominatu
 potitus est, atque an. 1275. urbis possessionem cepit confirmatis
 denique illis privilegiis; anno dein 1277. dem Eberhardus illius domi-
 nium cognato suo Rudolpho Imperatori cepit. Sed potius vendidit, qui
 et eius privilegia et immunitates confirmavit solemnibus diplomate Ba-
 silesi edito an. 1279. verum ultra Albertum Rudolphi Impera-
 toris filium sub Habsburgico dominatu haud herit ~~Triburgenses~~;
 nam an. 1380. sub potestate quod Bernensibus aliisque foederatis Hel-
 vetis hostibus suis adhaerere, ab ipso deserta fuit, cum prius quem
 illi dederat, Praefectus subdole, ac eadem fere ratione, qua olim
 Hebraei Aegyptiis, civos omni sua aurâ et argenteâ suppellectili
 spoliasset. Tum Triburgenses ieto prius cum Bernatibus foedere,
 se Ludovici Sabaudia Ducis tutela, retentis privilegiis suis, commi-
 serunt, sub eius dominio postquam penè 30. annorum spatio se-
 gesserunt, tandem à Yolanda Ludovici XI. Galliarum Regis sorore, et
 Philippi Sabaudia Ducis matre et tutrice magna pecuniarum vi
 libertatem suam redemerunt; atque an. 1481. ab Helvetiis ad instan-
 tiam Eremita Nicolai de S. Blas Subsylvaniaensis, qui apud illos mul-
 tum poterat, in perpetuum foedus admissi sunt. An. 1737. tur-
 vi, in qua 750. pulveris pyrii centena millia operabantur, ful-
 mine ita, Urbs hae magnam passam est damnorum.

20. Milliar à Triburgo Bernam versus in caelsa rupe, cuius
 pedem Sana | Danu. | fluvius abivit, situm est cuiusdam Eremita
 domicilium Monasterio haud abinile, cuius aedificia una cum Ecclē-
 sia et campanili Nobilis Joannes de Brato Gruyensis | Jean du
 pro. de Gruyere. | solo opitulante sero huc ante 80. et quod exur-
 vit, annos, intra 25. annorum spatium rupe incidit. Sius hic vir
 an. 1703. agrippa effatus est ~~apud Bernam~~ ~~apud Bernam~~ ~~apud Bernam~~ ~~apud Bernam~~ 17. Janu-
 arii in festo S. Antonii, et Eulerae sua Dedicationis die aquis suffo-
 catus est una cum aliquibus studiosis, qui, ut cum ipso festum
 illud celebrarent, advenserunt, cum enim illos in scapha, quam
 hujus officii causa tenebat, ad alteram Sana ripam redueret,
 ipsa in medio fluminis ~~versâ~~ omnes submersi fuerunt. Ii,
 quos nova et nullibi visa delectant, frequenter locum hunc adveniunt.

30. Alta Ripa | Seltun Riff, Haute-rive. | Monasterium Cisteri-
 ense ad Sanam fluvium milliar Helvetico ad Austrum à Triburgo
 positum, et fundatum saeculo XII. an. 1147. ad instantiam et in presen-
 tia S. Bernardi à Wilhelmo de Glana, qui et ibidem sepultus est.

61
Opulentum est, multaque vineta in Lausannensi Dynastia possi-
det. ab an. 1452. sub advocatia et tutela Regi seu Urbis Friburgen-
sis legit.

4^o Bola | Bol, Bole, Bollaf: | Urbs angusta cum arce ad Sanam posita
2. miliaribus Helveticis ad Austrum à Friburgo. Olim parerat Coni-
tatis Goujerensis. Non procul ab ea extat Carthusianorum Coeno-
bium Sus Dei: Gotschwil, Hart-Dien: | municipatum à Willenrot-
ta Comitissa Goujerensi an. 1307. fundatum.

5^o Goujera live Griera | Gourod, Goujrod, Goujese, Goujeres: |
Urbs exigua ad Sanam sita 7. leuis gabicis versus Austrum à Fribur-
go, Caput praecipua totius Regi Friburgensis Dynastia. Et
imminet Castellum satis magnificentum Sedes Dynasta.

Urbs haec olim fuit Sedes Comitum Goujerensium, necnon huius Co-
mitatus Metropolis. Adeo potentes fuerunt, ut Saulo XIII. et XIV. fa-
pius cum Bernatibus et Friburgensibus bellum gesserint, eoque abor-
ti fuerint. An. 1337. Petrus III. Comes Goujerensis cum Episcopo Lau-
sannensi bellum habuit. Tandem illorum ultimus Michael
an. 1555. è vivis excepsit multo ante alieno gravatus. Bernenses,
et Friburgenses, postquam creditoribus satisfecissent, huius Coni-
tatis possessionem adierunt, illamque inter se partiti sunt.
Bernenses Praefecturam Sanensem et alia loca, quae ipsis oppor-
tuna visa sunt, sibi afferunt; Friburgenses vero Goujeram
illique vicina loca obtinuerunt. Non procul ab ea praesal-
tus mons est, qui an. 1738. mense Augusto cum ingenti strepitu
flammas, ignitam materiam et lapides Vesuvii instar eromit,
vicinamque fertilem regionem penitus devastavit.

Huius Urbis tractus passim abundat, ubi permultos vasa alun-
tur, è quarum lacta magis illi casei conficiuntur, qui ab eo
Goujerenses nuncupantur, atque totius Regi sunt divitiae,
ut qui vinetis careat, nec multum frumentum proficiat.

6^o Rotundus Mons | Romont, Remont: | Urbs totius Regi
post Friburgum pulcherrima, Urbem hanc inter et Lausannam
in confinis Regi Bernensis posita. miliaribus Helveticis cum hinc
ad Africum à Friburgo, et 3. versus Aquilonem à Lausanna,
unicum Castello in excelso monte collocata. Nomen tribuit
Comitatui, cuius Caput est. Olim ad Duces Sabaudica perti-
nuit, et Andorinus Sabaudica Dux, qui è sua conjugis Caro-
la seu Carolina de Lusiniaco Cypru Regni herede legitima viros
suscepit liberos, quarto filio suo Jacobo Urbem hanc et Comita-
tum una cum Vauda seu Valdensi regione. et Comitatus titulo
pro sua portione cepit. Huic cum Helveticis bellum gerenti
Carolus Burgundia Dux Sappetias tulit, at ubi hi de ipso an.
1475. prope Gransonium, deinde an. 1476. prope Muratum
insignem victoriam reportassent, tunc Jacobum huius Comi-
tatu suet Vauda evenerunt; utrumque postea Carolo Sa-
baudica Duci restituerunt. Hic Comitatum et Vaudur-

possedit in quo ad an. 1536. tum enim Bernenses Genevensibus
 foederatis suis, quos idem Carolus bello petierat, supplicias ferentes
 Vaudum occupaverunt. Triburgenses vero, quamvis cum Principe
 into bellum ipsis haud esset, nihilominus Comitatum hunc una cum ejus
 Metropoli sibi aperuerunt veriti, ne Bernenses idem sibi subicerent.
 Tunc Sabaudia illius restitutionem lactone obtinere non valuerunt,
 vixque ipsius, ut et Vaudi titulus eisdem suffere debuit.

Contendunt aliqui Urbem hanc à Petro Sabauda Saeculo XIII. civi-
 tatem at munitionibus instructam fuisse, postquam Vaudum sibi sub-
 jecisset. Rotundus Mons dicitur à colle rotundo, cui inscri-
 ficata est. In eâ videt Praefectus provincialis, quem Senatus
 Triburgensis constituit. Ante 100. circiter annos Triburgenses
 illam munire coegerunt, et an. 1712. eidem aliquot propugnacula
 addiderunt, quod sibi à Bernensibus metuerent. In hac Urbe
 duo sunt Monasteria Virorum unum et Virginum alterum.

7.º Staviaicum |: Pfaffib, Stifil Gad, Estaway, Estawagel,
 Estawayer:| urbs angusta sed elegans ad ripam Neocomensis lacus
 sita 5. circiter leuis gallicis ad lacum à Triburgo. Ei arx imminet,
 in qua Praetor à Magistratu Triburgensi constitutus residet. In ea
 domicilium habent usque. Ab illa celebris Baronum de Stavia-
co prosapia nomen habet, quæ à Stavo Vandalico Principe or-
 tum trahere dicitur, cujus posteros illam circa an. 780. civitate se-
 ferunt. Non procul ab ea extat Cathusianorum Monasterium
Montbrollos dictum.

§. XIII.

De Pago Bernensi.

Pagus Bernensis |: dux Canton Bern:| foederis ordi-
 ne sextimus, dignitate secundus, omnium Helvetiae Pago-
 rum seu Cantonum maximus et potentissimus, ut qui ambitu
 suo ad minimum tertiam totius Helvetiae partem complec-
 titur, eamque longitudine aequat. Sexaginta circi-
 ter miliarium est ejus longitudo, et maxima latitudo ad tri-
 ginta porrigitur. 80000. hominum in seipsum educes valet,
 necnon Quatuor Mediolanensi aequiparatur. Limites habet
 ad Orientem Comitatum Badensem, Praefecturas seu Dynastias
 liberas, Pagos Lucernensem, Subpyramiensem et Uriensem; ad
 Austrom Valeriam et lacum Lemannum seu Genevensis; ad
 Occidentem Comitatum Burgundiae Comptinensis, Principatum Neo-
 comensem et tractum Biennensem; ad Aquilonem Pagum So-
 lodurensis, Trikariviam et partem Siggavica.

In binas praecipuas et universales partes distribuitur, qua-
 rum à Murato |: Morat:| urbe Rhenum usque porrecta Regio
germanica, altera ab eadem Urbe Genevam usque porren-
 ta gallica seu romana vocatur. Prioris duode lingua Ger-
 manica seu Helvetica utuntur, posterioris vero minutis populis
 linguam loquuntur, quam Romanam appellat, estque Sabaudia,
 seu idioma in gallica et Italica corruptum; nota tam aliis ho-
 mines gallico sermone utuntur: alii etiam Vaudum municipa-

tur 1: waadt, waadt, waad, waadland, Le Pays de Vaux:} In parte hu regione Germanica 35. Praefectura hu Dynastia nunciantur; in Romana 13. Duntanat poter quatuor Satrapias idas, quas hunc cum Bago Triburgeni possidet, nempe Muratum grandisonium, Schwarzenburgum, et Ustrigenum.

Hujus Bagi regimen est Aristocraticum, Summaque potestas stat penes magnum Bernensis Urbis Senatum, quem 299. viri constituunt, sed quia ex iis semper 99. partim in suis Dynastiis, partim aliis occasionibus abunt, hinc communiter 200. virorum Senatus dicitur, cui duo Praetores praesident, qui alternatim singulis annis sibi invicem succedunt. Ex hoc magno Senatu 27. viri eliguntur, qui Minorem Senatum constituunt, cujus duo ultimi Senatores Consilium intimi vocantur; hi curam gerunt, ne populi jura et libertates immutantur, Tribuni plebis apud Romanos haud sunt abrimiles, p.

Bernensis regio omni ex parte fertilissima est, montes herbis, collis, vineis, et planities frumento aliisque frugibus cultivantur; praecipua autem pars Gallia pulcherrima et amoenissima totius Europa provinciae annumerari meretur; vineis abundat, inter quae imprimis celebrantur ea, quae a Lausanna Vitisura usque posita sunt. Numerosa adest Nobilitas, et quamlibet urbes et Castellata. In parte Germanica, ut jam diximus, lingua Helvetica viget, in Gallica vero Gallica, plebs Sabaudica loquitur. Hujus Bagi fuisse omnes Exinglii seu Alrini dogmata sectantur.

Bernenses cum vicinis suis saepius bella gesserunt, quorum haec sunt memorabiliora: An. 1298. de Rudolpho Imperatore victoriam reportarunt. An. 1398. 1331. 1386. et 1499. adversus Triburgenes feliciter pugnarunt. An. 1476. in Bello, quod cum Carlo Burgundia Duce ipis fuit, ac Burgundicum dicitur est, rem publicam suam amplam portione auverunt. An. 1536. adversus Sabaudia Ducem, et an. 1653. adversus proprios rebelles subditos prosperati sunt. Tandem an. 1712. Bernensibus et Tigurinis adversus quinque Bagos Catholicos bellum fuit, quod post pugnam Vilmersensem, in qua Catholicis confidere, eodem anno finem habuit, pace inter ipsos Avaria conclusa. Constitit hic notandum

1. Berna. | Berna: | totius Bagi seu Cantoris Metropolis. Sita est in peninsula longa, quam Aar | fluviem efficit. 3. millibus Helvetiis ad Austriam a Soloduro, et duobus milibus ad Euro Aquilonem a Triburgo. Civitata perhibetur a Bertholdo V. et ultimo Zaringia Duce an. 1191. et occasione usi, Germanice Bär, quem ibidem venando cepisse dicitur, Bern ab ipso nuncupata, quam vocem Latini Bernare fecerunt.

Initio satis angusta fuit, at post centum annos cititer Sabaudia Comes quidam, cui tunc subiecta erat, illam auxit; Idem tempore ad eam, quam nunc habet, amplitudinem perducta fuit. An. 1339. Inventis scilicet post suam fundationem annis tota lapidibus strata fuit. Longitudo ejus est fere bis

mille passuum, latitudo autem angustiorum locum occupat, nec enim ultra tres plateas porrigitur, quae tamen sunt latissimae, praesertim media, quam ab uno civitatis extremo ad aliud exigens et pulcherrimus perficit, quo semper mundo servatur. Inter pulcherrimos et opportunissimos Helvetiae urbes, reputatur. Aedes ejus omnes sunt lapideae, si paucas in certis Urbis angulis sitas excipere velis; Anteriori sua parte arcus habet, cuius lapidibus stratas, sub quibus aere plurimum tota civitas pedibus et vestibus hinc obambulari potest; hinc plerumque mercatorum tabernae offendantur. Supra Arolam eminet, quae ad tria latera ab eo profundo illam abluit, nec non ab hostili invasione satis tutam efficit, quatenus ipsius lateris fossa et munimentis nova arte factis protegitur.

Ubi an. 1218. Bertholdus V. Zaringia Dux ultimus Urbis hujus fundator è viris excepit, tum ipsa sub Imperatorum potentiam venit, atque ab Imperatore Fridrico II. Urbis libera et Imperialis facta est. Cum autem eo abdicato vel mortuo Germania variis turbis agitaretur ut pote legitime carens Imperatore, tunc etiam Bernenses à vicinis suis laesiti, et penè ad angustias redacti, quò ob ipsi tuti essent, se Petro Sabaudia Comite an. 1260. tradiderunt, sub cujus et Successorum ejus dominio usque ad an. 1325. permanserunt, tum enim Eduardus Sabaudia Comes à Delphino Viennoensi bello appetitus et proelio victus, Bernenses in antiquam libertatem restituit ea conditione, ut sibi ferent opem. Hi deinde an. 1353. magno Corporis Helvetici foederi se junxerunt, et an. 1397. Venceslaus Imperator illos ab omni Imperii tribunali exemit, ipsisque summam subditis suis et civibus jus dicendi potestatem dedit.

Anno 1527. Bernenses Zuringii dogma susceperunt, ac in suam opinionem subditos suos omnes traxerunt. Berna olim inter alia fuit Dominicorum, et Minorum S. Francisci Conventualium Coenobia, ut et Sanctimonialium ordinis S. Dominici, quae Zuringianismus persunderit. Dominicanorum Monasterium in Denodochium versus est, Franciscanorum seu Minorum Conventualium vero in Collegium, in quo sex sunt Professores, qui linguas et litteras scientiis necessarias, qui Praeones fieri volunt; in eo adest Hypocho et petion Bibliotheca. Sanctimonialium coenobium est pauperum Nivacominium. Adest etiam amplum et pulchrum amentarium Praetorium vetus est aedificium.

2^o. Bonna, seu Bons Arola vel Arola; Urbis pulchra et satis magna locis inaequato, qui collem exhibet ad Arola ripam usque declivum sita, 3. miliaribus germanicis ad austrum à Lauffenburgo. Nomen habet à celebri ponte lapideo, quo fluvius ista jungitur. Verisimile est, idem ab Arola opportunitatem ex Vindonissa minus fuisse cautam à Comitibus de Altenburg, postmodum Halzpurgeois, quippe sub quorum dominio ipsa stetit. Eam an. 1250. Godefridus Comes lauffenburgenis, cui cum cognato suo Rudolpho Halzpurgeois bellum fuit, occupavit et cepit. Leopoldus Austria Dux illam an. 1323. Eberhardo Comiti Nellenburgensi pro 300. marcis argenti oppignavit. An. 1415. post proscriptionem Fridrici Austriae Bernenses ab Imperatore advenis ipsam civitatem urbem hanc occupaverunt, et unum reliqua Argovia sibi subjecerunt. An. 1444.

Thomas Baro De Falkenstein et Beckburg nota per Stratagemata
illam obtinuit, expulavit et incendit, ac hunc tanquam obsides Bero-
rum et principos cives Lauffenburgum abduxit. Urbes hae proprium
habent regimen cui praesidet Praetor, qui singulis duobus annis Berom
magnum Urbis nomine praesidere tenetur. Qui etiam Praetoris et Sena-
tus iudicio de gravatibus arbitrantur, Beromam provocare possunt.

3^o Schinzenacium: Desintzena: Bagins elegans in Argovia sub Alten-
burg seu Castello vetere: Altkenburg: ad laevam Arula Aronum inter et
Boucaam in Dynastia Schenkenbergensi seu, ut alii loquuntur, Leng-
tuzensi situs. Proprie hunc Bagum sub Halburgo vetere Castello extat
celebre Balnearium, cuius aqua ex Arula, in cuius medio saturantur,
ope canalibus in illud decurrunt.

4^o Altkenburgum seu Castellum vetus: Altkenburg, Altkenburg, et
Altkenburg: Arx Schinzenacium inter et Boucaam posita, Domus nata-
lis ejusdem nominis Comitum, qui postea Halburgo nuncupati fuerunt
ab alia Arce, quam hanc parvam ab hinc ad dexteram Arula Wormensis
Comes Altkenburgensis et Episcopus Argentinenensis civitavit, et Halbur-
gum vocavit. Inter eos Rudolphus sub fine saeculi XIII, Solum
Imperiale commendit, cuius posteri a Ducatu Austria, quem ille sibi
afferit, Archiducos Austria dicti sunt.

Tempore Concilio Constantiensis Beromenses ab Imperatore Sigismundo
adversus Fredericum Austriacum civitati bina haec Castella junctum
illorum territoria seu territoria occupaverunt, quod Reimblia, adjae-
rent, Castella vero demoliti sunt, eorum quaedam adhuc supersunt
vestigia. Vid. inf. n. 6^o.

5^o Königfelda seu Campus Regius: Königfeld: olim prorebra
S. Minorum Ordinis S. Francisci et simul nobilium Ordinis S. Clarae
Monialium Coenobium, equidem sub uno eodemque tecto, at, quod fa-
cile intelligitur, separatim habitantium, Semimidiarii in Africa
a Bouca urbem hanc inter et Rusan fluvium non parum ab illius vado
situm, et ab Elisabetha Alberti Imperatoris vidua et Agnete Regi-
na Hungariae ejus filia ex loco qui hic Imperator an. 1308, a suo

7 civitatum

~~progenitorem et matrem suam et matrem suam~~ Dicitur
Imperatrix Elisabetha in hoc Monasterio vitam claudere. Sacerdotat,
at tunc mors illam Vienna in Austria an. 1313. praevenerat, illius exani-
me corpus post tres annos huc delatum fuit ac in eadem Ecclesia tu-
mulum. Quae filia Agnes 48. adhuc annis in eo vitam duxit,
quam et in aetate provecta ibidem finiit. Postmodum multae
utriusque sexus Principes huc sepeliri voluerunt, quorum usque 17.
nummerantur. Ibi etiam Archiduca Leopoldus III. et multi alii No-
biles viri, qui unum cum ipso in pugna Semprachensi an. 1386. occu-
berunt, sepulti fuerunt.

Quae materia reformationis Helveticae Historiam scripsit Tom. II.
l. 6. p. 376. memorat. Nobiles hujus Coenobii virgines an. 1525. ubi
Zwinglianismus per totam Helvetiam sepiere coepit, a Senatu Ber-
nensi facultatem petiisse illud docerandi, et anno sequenti ipsi abeo-
dem Senatu vel abeundi vel permanendi liberum fuisse factum,
triumque eorum aliquos misisse; ipsum tamen Coenobium statim
usque ad an. 1529. Tunc quippe Catharinam de Trenches, Waldsburg
Abbatissam unam reliquis, quae adhuc aderant, Monialibus illud,

lura vetera monumenta ibidem e terra vicinibus effossa, ut Inscriptio- nes, sigilla, annuli, numismata variorum Imperatorum à Nerone usque ad Valentinianum, Aqueductus Königsfeldam usque portatus, qui adhuc extat, &c.

Conjectura est Vindonissam an. 449. ab Attila, et an. 570. à Longobardis excisam fuisse, et postea restauratam. Labascente Romanorum Imperio ad Burgundos et ab his ad Francos pervenit, et postmodum deinceps ad Burgundos. Fuit etiam, quod jam memoravimus, Sedes Episcopalis, illiusque primus Antistes fuisse dicitur S. Beatus circa an. chr. 78. ceterorum, qui sub Romanis Imperatoribus Sedem hanc tenuerunt, ignorantur nomina. S. Paternus et Maxentius circa medium Saeculi V. ibidem floruerunt. Bubellus, quod memoria proditum est, Vindonissa Episcopus an. 517. Concilio Epauensi sub Sigismundo Burgundiae Rege interfuit, et postquam ipsius Regnum in Francorum potestatem venit, Grammaticus itidem Vindonissa Episcopus Concilio Alvernia sub Theodeberto (Codsorci nepote an. 535. interfuit, et Synodis Aurelianensibus IV. et V. an. 549. subripit. Circa an. 570. hic Episcopus fuisse legitur Maximus.

Civitas haec stetit usque ad annum 611. quo Alemanni iussu Theodeberti Austriae Regis, qui Theodorico seu Dieterico Burgundiae Regi infensus erat, in Transjurannam Burgundiam irrumpentes omnia ferro et igne vastarunt; tunc enim et Vindonissa in flammam abiit, nec postmodum amplius restaurata est; Sedesque illius Episcopalis, quae provincia Sequanorum maxima dicebatur, ac Metropoli Vesuntionensi subiecta erat, suppressa fuit, nec non Constantiam translata. Urbis celeberrimae Civitas stetit, modo vicus exiguus offenditur, qui et ipsius nomine Vindonissa | Windiff | nuncupatur.

3^o Lengburgium | Lantzburg, Lantzburg, Lantzburg, Lantzburg, et Lantzburg | Urbs exigua et comta Caputque Praefectura, cui nomen tribuit, in magna planitie sita in duabus leucis gallicis versus Eorum ab Aravia | Loni | et ad radicem praesalti montis in quo vetus Castrum est olim Sedes Comitum Lengburgensium in hac plaga potentium. Extincta in Ulricis, qui Augustinianum Ordinem huc pertraxerat, ibidem prosapia, Urbis haec cum tota illius ditione an. 1335. ad Comites Halynosios jam tunc Archiduces Austriae pervenit, et penes eos permansit usque ad tempora Concilii Constantiensis, anno quippe 1418. Bernates illam undam magna Argoria parte occupaverunt, et ad hanc usque diem retinent. In castro, quod e monte Urbi imminet, atque accessu difficile est ac munitum, residet Dynastia.

Urbs haec proprium habet Senatum et regimen. Anno 1490. magno incendio redacta fuit in cineres, verum ex iis educta tanto pulchrior evasit.

Praefectura seu Dynastia Lengburgensis ad Septentrionem confinis est Praefectura Bibersteinensi, et ad Austrum Bago Lucerensi. Maximis et opulentioribus Bernensium Praefecturis annoveratur, vixinti ~~omne~~ namque parvas complectitur, in quibus quamplurimi vicus sunt et Orbes, quarum quaedam vel prostris vel ex parte diruta sunt, aliae autem adhuc integras extant.

9^o. Arovisium | Arova | Arvati, Aroani, Arovi, Arovi | Arvati et
 satis ampla civitas ad ripam Arvola sita in solo frumenti feracissimo
 miliarium germanico à Africum à Leuzburgis. In ea videri mesen-
 tur Templum, Propugnaculum Vetus Tuoris dictum, in quo actante
 bello patricium coloratur; et Curia Civilis eo loco posita, ubi olim
Castellum fuit, in quo Comites de Rore sen Roure resederunt, qui-
 bus castinatis, Urbs et idorum Comitatus, cui nunc Præfectura arum
sen Dynastiarum liberarum nomen, ad Donum Halvurgiam
postmodum Austriacam dictam devenit, penes quam permanit vique
ad tempora Concilii Constantiensis, tunc enim Helvetis federatis ab
Imperatore Sigismundo imitatis, adversus Fridericum Austriacum,
qui, quod jam hæpius memoravimus, Johannis Papa XXIII. è Concilio Con-
stantiensi fugam promoveat, belligerantibus, Urbs hæc in Bernensium
potestatem venit. Senatus Bernensi immediate subjecta est.
Cives privilegiorum honorum ad eo tenaces sunt et ampli, ut etiam,
si quis eorum à Judicibus hæc in quacunq[ue] causa sen litis condemna-
tus ad Senatum Bernensem provocat, eo ipso jure Civitatis cadat.
fontes, qui illius plateas et viæ perfluent, eidem hand exiguè sunt
ornamento.

Bagi Protestantes in ea conventus hos agere conseruerunt, hæ-
que an. 1712. pax conclusa fuit quinque Bagos Catholicos inter et Ti-
gerinum ac Bernensem, qui occasione Principis et Abbatis Sargal-
lensis sibi invicem bellum intulerant.

Anno 1528. Cives aliarum Halveticarum Urbium exemplum seuti
Evangelianismum adoptarunt.

10^o. Arvola Burgum | Arvoling | Urbs ad ripam Arvola sita miliarium
Helveticis versus Austrum ab Arovis. Olim quorundam Baronum
fuit, à quibus seculo XIII. ad Donum Austriacam pervenit, et
tandem an. 1415. occasione proscripti Fridericii Austriaci, jura
belli Bernensium facta est. Situ hæc munita est, ut quo-
saeco invideat, munitiorum efficit eidem ab eminentiori saeco
imminens Castellum, quod Bernates in quibus propugnaculis au-
xerunt regionis hæc adversus vicinos Soloduroenses et Lucernen-
ses tutandi gratia. Miliarium gallicis versus Septentrionem
ab hæc Urbe extat destratum vetus Castellum Wartburg
dictum, olim munitum.

11^o. Zophinga antiquitus Tobinimum | Zoffingon sen Zoffin-
gan | Urbs in Argoria inferiori non procul à Vigra | Wigro |
fluvio sita miliarium gallicis ad Austrum ab Arvola Burge in
juvunda vale. Bulchra est ac tam ob antiquitatem suam
quam enimia, quibus fruitur, privilegia spectabilis. Volunt
aliqui illam ex duodecim civitatibus Halveticis unam fuisse,
quas Jucula Julii Cæsaris ætate sedes hæc in galliciam translatam
combussæ. Num post eorum triste reditum, et tubi Roma-
nonum jugum subire coacti fuerunt, sub Augusto Imperato-
re unam aliis Halveticis Urbibus restaurata fuerit, conji-
cere quidem licet, certo autem affirmari hand potest. Veri-
simile est, quandam paucis inferius posita Vindonissa stetit,
ipsam exiguè nominis fuisse, ac primum post illius eversio-
nem prominere coepisse, et sub Francorum Regibus et Jon-

peratoribus haud vulgaria sumisse incrementa, adeo, ut jam
 sub Otho Caspo Imperatore an. 953. Urbis monetalis fuerit, et ante
 Tugurinum moenia habuerit. In ea ostenduntur in magna
 copia nummi ex una tantum parte et cum Urbis hujus typo
 signati, qui nummi bracteati |: Bleif-Kud & batt-Münzen:|
 vocantur. Postmodum veterum Comitum de Spitzberg facta
 est, quorum Domus natalis non procul ab ea fuit, et quorum insignia
 etiamnum ipsa gerit, at an. 1032. cum Burgundicum regnum
 post mortem Rudolphi III. Ultimi Burgundiae Regis ad Imperato-
 rem Conradum II. devolutum fuisset, Urbis Imperialis facta est; ve-
 risimile est illam postmodum oppugnationis titulo ad Comites de
 Troburg et Hohenberg pervenisse, necnon ad eos adhuc pertinuisse,
 cum Imperator Fridericus II. à Papa Gregorio IX. annis 1227, et
 1239. anathemate percussus fuit. Eodem tempore Dominicani,
 qui vic Urbem hanc intraverant ad Monasterium sibi in ea edificare
 coeperant, illam hostibus prodere tentarunt, at impio consilio detecto
 ipsi à manibus Urbis suspensi secleris poenas dederunt, inceptumque
 Monasterii aedificium Comes de Troburg in Canoniarum saecularium
 Collegium convertit, in quo Comes Rudolphus Comitis Ulrici filius an. 1245.
 primus Praepositus fuisse dicitur.

Cum ab eo tempore praestitum post mortem Imperatoris Friderici II. que
 an. 1250. accidit, omnia discrimibus plena essent, rapinisque mis-
 cerentur Civis an. 1258. se vicini Comitis Habsburgii tutela Rudol-
 phi ~~1258~~ tutela commiserunt, reservatis tamen, quibus tunc
 fruebantur, sibi privilegiis, que an. 1279. idem Rudolphus jam Im-
 perator factus Imperio confirmavit. at cum post illius obitum novo
 Imperatori Adolpho Nassoviensi homagium praestitisset. Dophin-
 ga, id istius Imperatoris Antagonista Albertus Rudolphi filius
 agerrime tulit, unde et an. 1295. Argovia Praefectum suum ad illam
 cum exercitu misit, à quo tam vehementer pressa fuit, ut abica-
 ta Imperii, qua hactenus gavisata fuerat, libertate, se Domini Austria-
 ce positus subiecta coacta fuerit, cui Princeps fidelis permansit
 usque ad an. 1419. quo Fridericus Austriaeus à Concilio Constantiensi ex-
 communicatus et ab Imperatore Sigismundo proscriptus est, tunc enim
 Bernensibus se subiecit reservatis tamen sibi privilegiis suis. Vetera
 que dam vestigia produnt illam antiquitus multo ampliore fuisse,
 quam nunc sit, necnon ad Viggeram |: Wiggo:| annem usque proter-
 lam fuisse.

An. 1396. unicum Bratoris seu Basilii civili et omnibus documen-
 tis suis incendio missi perit. An. 1423. 24. Februarii, et 1462. 16. Octo-
 bris pars illius superior ad coenoterium usque, et an. 1473. 29. Novem-
 bris pars inferior pariter ad coenoterium usque in flammam abiit.

Anno 1528. exemplum Berna secula Evangelianismum professi est,
 tuncque Bernenses Collegio Canoniarum, eis egestis, deponamur profese-
 runt. Ecclesia parochialis hic videri meretur. Civis opulenti
 sunt et litterarum fautores, Bibliothecam habent an. 1599. funda-
 tam, in qua perara Mss. asservantur. Urbis haec Alta et Bassa,
 ut ajunt, jurisdictione gaudet, habet Bratorem suum, Majorem et
 Minorem Senatorem, hunc 12. viri constituent, illum 40. qui unicum

20. aliis Civibus Praetorem et Senatum eligunt, Urbisque Tribunal insti-
tuent. Magistratu Bernensi immediate subest.

12^o Wanga, Vanga, Wayena |: Wangon:| Urbs angusta cum Arce et
Dynastia, Caput Comitatus ejusdem seum nominis, in Argovia Tractu,
qui Buhsgovia |: Buhsgau:| vocatur posita ad australe litus Aovlae,
qua ibi ponte jungitur, ubi an. 1480. Gederati Helvetici naufragium
passi sunt, Arangan inter et Solodurum milliari et amplius ab utra-
que hac Urbe. Antiquitus hic Dominati sunt Comites De Wangen,
is extintis, ad varios Urbs hac et Comitatus pervenit, et tandem ad
Grinebergenses, quorum Hermannus et Wilhelmus eandem cum
sua ditione an. 1407. Bernensibus vendiderunt. Hi Satrapiam
hic instituerunt, qua sub se pulchros et amplos continet Pagos.

13^o Trauenbomann seu Fons Dominarum |: Grousbomann:|
olim celebre Monialium Ordinis S. Benedicti Cenobium an. 1309.
dactam civitatem, et cujus Fundator ignoratur, 2. milliariibus ger-
manicis ad Septentrionem à Berna distitum. Illud Bernenses
post adoptatum Zwinglianismum, ejctis Monialibus, in Dynasti-
am converterunt. Locus iste celebratur à Victoria, quam Ber-
nenses an. 1374. vel 1375. de Anglis sub Duca Cousin Anglia Regis
genere et Catharina Leopoldi II. Austriaci filia nato reporta-
runt. Dux iste jus suum, quod sibi tanquam Austriaca Principis
filio in quadam Argovia provincias competere ajebat, trutin-
us peragratis cum valido satis exercitu Francia, Lotharingia,
Alsatia, Suintgavia, Tractu Basiliensi, et Superiori Haversteno,
in Argoviam irrupit; cuiusque ipsius milites hinc inde atrociter gra-
sarentur, Bernates et Lucenses ingratos hos hospites hic et illic ador-
ti sunt et occiderunt. Tum etiam 24. Decembris Bernates in Mo-
nasterium istud, quo, ut narant, ipse Vallicus Princeps unicum aliis
primi Ordinis Ducibus, se receperat, inopinato et duabus antelu-
canis horis incurrentes, Anglos qui ibidem erant, devicerunt, ac caesi-
corum 800. in fugam egerunt.

Anno 1504. non procul ab hoc Cenobio et prope vicem Kern-
vial duo juvenes ovium pastores voram invenerunt, in
qua erant 1500. antiqui Romani nummi effigibus Impera-
torum Galbae, Rta, Domitiani, Hadriani et omnium sequentium
Imperatorum usque ad Diocletianum, et quarundam Imperatricum,
scilicet ambarum Traustinarum Matris et Silvia, Lucilla, Photilla,
Julia, Julia Johana, Julia Mammas p. Signati, hos Bernen-
ses sibi tan afferri curarunt, usque Bibliothecam suam ornarunt.

14^o Bura, Byrona |: Bürom, Bürom, Bürom, et Byofan:| Urbs exi-
qua sed contra unicum Arce ad confluentem Aovla et Dyla fluvio-
rum posita 3. leuis gallicis ad Africum à Soloduro. Quidam
arbitrantur idem esse veterem Besticam seu Byrenesam, ubi ta-
men istud nomen Bienna tribuunt.

Bura fuit Caput Comitatus, cui antiquitus Comites de Strasberg à
Nidariensibus et Neoburgensibus originem trahentes Dominati sunt,
et an. 1364. hereditatis titulo Comitum Nidariensium facta est,
quorum ultimus Rudolphus an. 1378. ab Anglis, qui, ut supra statuli-
mus, in Argoviam invasantes, hanc inruptione facta urbem hanc
obsidebant, dum ex Arce per fenestram respiceret, Sagitta transiens

omnibus. Binas duntaxat post se reliquit sorores Annam videlicet et
 Verenam, quarum prior Comiti Hartmanno de Kyburg, altera Coni-
 ti de Thierstein nupta erant, qui post breve et sanguinum cum Joanne
 Episcopo Basiliensi bellum utriusque Comitatus Nidaviensis nimirum
 et Buravis possessionem adierunt, illorumque Leopoldo Austriaco pro 48000.
 florenis venderunt. An. 1388. in bello Sempachensi Bernates et
 Solodurenses urbem hanc a pulsa ceperunt ceteris aut incendio delatis
 omnibus, qui in ea erant. tum hanc armistitio in utriusque Parti po-
 testate permansit; tandemque an. 1392. vi partitionis tractatus urbs
 hac unicum sua trans Arolam ditione Bernatibus adscripta fuit.

Quibusdam fructus privilegii, habetque proprium Magistratum. Ad
 illius Dynastiam octo parvas spectant. Olim hic eratit Ceno-
 bium Bura Superior | Obv. Bürom: | Dicitur, ad cuius Ecclesiam
 frequentes fiebant fidelium peregrinationes.
 15. Nidavia | Nidau, Nijdau, Nijdow, Nindau et Nidors: | Urbs
 elegans cum Castellis, in quo Dynasta residet, ad latus Biennensis lacus, qui
 hic dicitur Thilam | Spil, Spil: | amnem prius susceptum deinde emit-
 tit, posita, miliaribus circiter ad Austorum à Bienna.

Antiquitus proprios habuit Comites, qui ab Imperatorum imbecillita-
 te compendium facientes nemini subijci sed supremi sui Comitatus Domini
 esse voluerunt. Ipsorum stirpe extincta urbs hac et Comitatus ad
 Austriacos Duces pervenit. In bello Sempachensi Bernates et Solo-
 durenses an. 1388. ad illam castra moverunt, sanguine a pulsa obtinere-
 runt, ac primo furoris impetu omnia ferro miserunt. Arx post 6. heb-
 domadam obsidione eadem parte libero presidii discrepante se dedit.
 Ibidem in carcere reperti fuerunt captivi duo peregrini, quorum vestes
 jam putuerant, unus erat Episcopus Ulipiponensis in Lusitania, al-
 ter praecipuus quidam Altabia Abbas, qui Romam in patriam suam
 redeuntes ab Austriacis militibus prope Nidariam capti et solati in
 hac arce detinebantur, donec illorum redemptionis pretium advenisset.
 Statim à carcere educti novisque vestibus induti fuerunt, Bernatesque
 illos in suam Civitatem deduxerunt, atque comiter susceptos, sub-
 ministrisque pecuniis et omnibus ad iter faciendum opportunis
 dimiserunt.

Itaque urbs hac cum Comitatu suo ad Bernates pervenit, quibus
 an. 1393. cum Solodurenses ~~illis~~ reliquaerunt. An. 1706. mense
 Martio hic inter Episcopum Basiliensem et Bernates colloquium
 fuit habitum, in quo controversia, qua Episcopum hunc inter
 et Monasterio-Valenses | Mümpsthalow: | subditos suos protestantes
 simulque Cives Bernenses exorta fuerant, composita fuerunt.

16. Erolaum | Erolauf: | Urbs cum Arce et Dynastia prope
 lacum Biennensem in jucundo vini et frumanti divite sita, 4 Solo
 4. miliaribus versus Castrum à Berna et miliaribus et paulo am-
 plius ad Austorum à Nidavia, nec procul à Lauve Neocomensi.

Antiquitus Comitatus Neocomensi adjuncta erat; extinctis
 Neocomensibus Comitibus unicum cum hoc Comitatu ad Prin-
 cipes Cabillonenses | Princes de Chalons: | in Burgundia pervenit.
 Verum an. 1474. in Burgundici belli exordio, cum Cabillonensis
 Princeps Caroli Burgundici Ducis partes amplexus fuisset, Ber-

nates eam adorti patris conditionibus obtinuerunt, Senatis viribus privile-
giis et immunitatibus his. Immediatè Senatui Bernensi subiecta
est.

Non procul et lacus gallicus versus orientem ab ipsa extat aliud
Erlaunum in Insula, quam Thila, qua ibidem lacus Bernensi
immergitur, efficit, quod propterea Insula S. Joannis Erlaunensis
S. Joannis Hon. Erlauf. nuncupatur, necnon olim cele-
bre et opulentum Ordinis Cisterciensis Monasterium fuit, à quo-
dam Basileensi Antistite Saeculo XII. fundatum. Bernenses
Evangeliarum seu Protestantium facti, Monachis ejectis, illud cum
praedibus suis in Dynastiam convertere, et quòd Monachorum ha-
bitatio fuit, modò Dynastia Sedes est.

170. Arberga seu Arvola mons. Arberg et Arsborg. Urbs
angusta in Insula, quam Arvola efficit, posita duabus lacus gallicis
et Erlauno.

Eam an. 1220. excitavit Ulricus Comes
Neoburgensis, ac Princeps Comitatus titulo unicum suo tractu fuit
insignita.

Extremam Urbis partem occupat Castellum elegans,
Sedes Dynastia. Titulo antionis an. 1351. seu 1353. ad Bernenses
pervenit. an. 1419. et 1477. tota in flammis abiit exceptis
Euleria et domo parochiali. In ea viget commercium. Dy-
nastia illius S. vel 7. continet parochias.

180. Aventium. Wippliburg, Wippliburg, Wippliburg,
Wippliburg, et Wippliburg, Avenche, Avanche, Aven-
ches, Avanches. Urbs elegans in vado non procul à Lacu Mu-
ratensi 2. circiter miliaribus germanicis versus Caesarem
à Trübeno posita, Sedes Praefecti provincialis, cui subsumt octo
parochia partim ad Lacum Muratensem partim ad litus Neoro-
mentis lacus sita, et in quibus tres parva Urbes occurrunt.

Urbs haec eodem loco posita est, ubi vetus et celebre Aventi-
um praecipua Helvetiorum Urbs extitit, nec aliud de antiquo
splendore suo retinet praeter nomen et quaedam moeniorum
ruinarum rudera, quae produnt ipsam antiquitatis figuram formam
rotundam habuisse, illiusque diametrum 2400. iustorum
passuum fuisse. Scribunt aliqui eam Saeculo IV. ab Aleman-
nis, alii Saeculo V. ab Attila fuisse excisam, sunt denique, qui
arbitrantur ipsosmet Helveticos in sua ad Galias transmigra-
tione, illam incendisse, nec ab eo tempore antiquo splendore
suo restitutam fuisse.

Initio Christianismi jam habuit Episcopos, quorum sedem circa
an. Chr. 600. Marius Laupannam transtulit. Inante Saeculo
VII. quidam Burgundiae Comes, cui nomen fuit Wivilo huc Arcem
et quaedam domos ex ruderibus veteris Aventii construi curavit,
quae successivè in Urbem excreverunt, quam à suo fundatore
Helvetii Germani vulgari suo sermone Wippliburg nuncupa-
verunt relicto tamen ipsi antiquo latino suo nomine, an. 1076.
Burchardus Episcopus Laupannensis illam moenibus circum-
dedit, in quod nunc est, statum adduxit. Quamplurima
in ea et circa eam vetera detecta fuisse monumenta clara
illius antiqui splendoris argumenta, ut Romana Inscriptiones,

nummi argentei et aeri variorum Imperatorum usque ad Constan-
 tinum, Statuariorum Opera, Uona, Magdalis, Amphitheatro
 reliquia, p. quo argumento videtur esse illam vel ab Helvetiis
 in sua ad Gallias emigratione non fuisse combustam, vel saltem
 post illorum reditum à Romanis fuisse restauratam. Ajunt
 Lauro Muratensem olim veteris Urbis portas et muros abuisse,
 ibique portam fuisse. Modò laus ista semimilliarì ab eà distat.
 An. 1536. Ubs hac jura belli Bernensium facta est, qui illam
 Sabaudia Ducis unicum toto Vaudo eriperunt; et quamvis haud
 contemnenda sit, quia tamen veteri Aventico comparata ad-
 modum vilis esse videtur et exigua, de eà sequens Dittichon
 factum fuit:

*Quo Caput Helvetia fueram, jam nominis umbra.
 Magni, reliquias vix traho parva meas.*

Initis hujus Sauli prodit Opus sex Dissertationibus distinctum,
 in quo Auctor conatur demonstrare Vetus Aventicum hunc esse
 eam Helvetia Urbem, quam modò expendimus, verum aliam
 in Comitatu Burgundia Autrum | Autis | distam. Illud an.
 1710. Solide satis refutasse videtur Marquardus Wild Bernen-
 sis.

19. Eborodunum, Eberodunum, Ebrodunum, et Ebrodu-
 num | Yverdon, Yverdun, et Yverdun: | Ubs Vaudi et Caput
 Tractis, cui nomen tribuit in amoenà planitie loco tamen uligi-
 noso ad Urban et Thilam fluvios, quibus cingitur ipsique fossarum
 loca sunt, in vertice Neocomensis lauis sita 6. leuis gallicis ad
 occidentem à Friburgo et 10. ad Septentrionem à Langanna. Pa-
 ludes, quibus undique cingitur, munitam efficiunt; ei, jungitur Sub-
 urbium, quod Planties vocatur.

Antiqua Ubs est, jamque Romanorum aetate spectabilis fuit.
 Notitia provinciarum illam Castri nomine insignit, quod locum mu-
 nitum denotat. Notitia Imperii Sect. 68. illius sub nomine
Ebroduni Sabaudia meminit, quod signum est eam antiquitus ad
 Sabaudiam pertinuisse, ac revera Sabaudia Comes eidem domina-
 ti sunt usque ad an. 1475. quo vigente bello Burgundico Bernatibus,
 Friburgensibus et Solodurensibus fidelitatis juramentum praes-
 tare debuit; illam tamen anno sequenti, post Muratense praeli-
 um, Sabaudia Principi Denis restituerunt. Tandem an. 1536.
 Bernates, quibus cum Sabaudis bellum erat, illam obtinuerunt ac re-
 tinerent, ne non Zwinglianam sive Calvinianam effecerunt, quod
 civibus auitam religionem agrè deserentibus, non sine labore fec-
 tum est.

Semper munita fuit, et quoties in ipsius Tractu bellum exarsit,
 obsidiones sustinuit. Ei imminet Castrum eminenti loco positum
 et antiqua arte munitum à Conrado Zaringia Duce Saeculo XII.
 excitatum, et Saeculo sequenti à Petro Sabaudis melioratum.
 In ea floret commercium, adsuntque Bombycina opificia; adest
 etiam exiguis portus. Cives satis opulenti sunt. Hic etiam
 inventa fuerunt munimenta variorum Imperatorum Roma-
 norum ab Augusto usque ad Julianum Apostatam, item Gothica.

20^o. Pateriacum | Pateriacum, Bayerna: | Ubs speciosa ad Bro-
jam live Brolium | Broja, Broje: | flumen posita 2. miliaribus ad
occidentem à Triburgo, exiata an. 995. à Mario Aventini et Lau-
sannae Episcopo, et sub Francorum Regibus Ubs facta. Bertha
Rudolphi II. Burgundiae Regis, qui an. 957. è viris excessit, conjun-
xit in ea Monasterium Benedictinum aedificavit, ac S. Majolo Abbati
Cluniacensi tradidit. Extinctis Burgundiae Regibus an. 1032.
Conradus II. Imperator urbem hanc, fracta Ottonis Campaniae Comi-
tis, qui sibi Burgundiam dominatum vindicant, arrogantia, Impe-
ris Germanico adjunxit, ei que proprium regimen variisque pri-
vilegia concessit. Mortuo Imperatore Frederico II. de Petri
Sabaudiae Comitis, qui Comitatum Genevensis et totum Vaudum oc-
cuperat, tutela commisit, in Rudolphus Habsburgicus Imperator fac-
tus egi admodum ferens, Philippum dicti Petri fratrem bello
petiit, urbemque hanc an. 1285. obtulit et obtinuit civibus quiter
munitatis. at Papa interpositis officiis suis belligerantes ad pacem ad-
ducit, ut inus Sabaudae Vaudum velut Imperii feudum relictum fuit,
Pateriacum vero servatis sibi privilegiis suis et immunitatibus subijci-
us sustinet tutela mansit. An. 1373. Valerii, quibus cum Sabau-
do similitates erant, frustra illam obredunt. An. 1475. cum
Solanta Anadei IX. Sabaudiae Ducis vidua et filii sui Philiberti mi-
norensis tutoris Caroli Burgundiae Ducis partes adversus Helveticos
amplexa fuisset, hi urbem hanc occupaverunt, ac primum an. 1484.
partem constituta restituerunt. Denique an. 1536. orto Bernates
inter et Sabaudiae Ducem bello ipsa se illis submisit, ac an. 1564. in
pace Lausannensi eisdem unicum relique Vaudum relicta fuit. Se-
natus Bernensis singulis sex annis Satrapam illic mittit, cui Monas-
terium, è quo Zwinglianismus Monachos exiit, sedes est, nec ta-
men Ubi imperat, hanc enim proprium Praetorem, Senatorem, et
Tribunal habet.

21^o. Romani Monasterium | Romainmoutier, Romainotier,
et Romainotier: | Ubs parva sed pulchra, sub monte caelso in valle
sita 2. miliaribus ad Africum ab Ebroduno. Ortum suum et no-
men acceptum refert antiquo et celebri olim Monasterio Benedicti-
no S. Romani dicto. Sanctus vir iste unicum fratre suo Lupo, quorum
vitam Gregorius Turonensis scripsit, circa medium saeculi VI. hoc loco
tunc densis dematis et arboribus comito resedit ac eremiticam vitam du-
xit. Tum ibidem civitatem in honorem S. Petri Apostoli fuisse coenobi-
um dicitur, cujus fundator ignoratur. Id memoria tenemus illud
saeculo X. a saecularibus fuisse possessum, et Rudolphum III. Bur-
gundiae Regem, qui an. 994. regnare coepit, Imperatrici Adelhaidi
Amicae sua illud dono dedisse, quae deinde ipsam S. Arbiloni Abba-
ti Cluniacensi tradidit, hic illud è fundamentis recens construi
fecit, necnon viginti duos Monachos sub uno Priore in illo colloca-
vit, tum confluentes populi ibidem residerunt, quorum multipli-
catae Domus tandem urbem effecerunt.

Bernates Urbe hac potiti, iuxta praescriptum Zwingliani, quod
jam amplexi fuerant, Evangelii Cluniacenses Monachos istos, quem-
admodum in tota Romana ditione seu Vaudum ~~partibus~~ eos fuisse
comperitum est, expulerunt praedictis eorum fisco addictis. Tum hic
Dynastiam constituerunt Monasterio in Arcem converso, quo Dynos-
ta sedes est.

22.º Minodunum | Mildan, Mondon: | Urbs 9. leucis Gallis ad Africum à Triburgo posita. Ajunt illam fuisse unam ex illis Urbibus, quas Helvetii 50. circiter ante Christi adventum annis, in Gallias demigrantes combusserunt. Sub primis Burgundis et Francica Regibus equidem restaurata fuit, at Longobardi illam demò exciderunt, et sub pulvere mansit usque ad an. 1190. quo Bartholdus V. Zaringia Dux illam iteratò construi curavit. Postmodum Sabaudis Comitibus parit. An. 1306. Bernates, et Triburgenses illam obtulerunt, ut et an. 1475. atque obtinuerunt, an. 1476. Burgundi eam recuperaverunt, post Muratense praelium verò Godefrati demò illam occupaverunt et expulserunt. Tandem an. 1536. unicum tota Valdensi provincia Bernensium facta est, qui singulis sex annis huc mittunt Dynastam, cui 60. pagi subreunt, hic in arce juvenidissima, qua Lucens seu Lusinga vocatur, ac Urbi inninet, sedem habet. Arx hœ eminenti loco posita est, illam Sando XII. Ulrichus Laufanna Episcopus condidit, ac interdum in ea demoratus est.

23.º Nevidunum, Noviodunum, et Nomagus | Novio, Nion, Nyon, et Nyons: | Urbs antiquissima et mediocriter magna, unicum arce, in qua Satrapa residet, ad Lacum Lemannum posita 4. milliariis ~~gero~~ germanicis versus Aquilonem à Geneva. In ea et vicinis locis varia occurrunt antiquæ Inscriptiones, quæ denotant Romanos in hac regione residisse. Idem Plinius Coloniam Equestrem nunciat, quod ab antiquis Romanis Equitibus inhabitata fuerit. Ptolomæus illius etiam sub hoc nomine meminit et Sequanorum Urbibus annumerat, nec idmirum videri debet, cum et Aventium Helveticorum Metropolim pariter huius populo tribuat. Idem quoque recenset Tabula Buntingiana, ut et Itinerarium Antonini, ubi Equestres in plurali vocatur. Apertum est Coloniam hanc jam ante Plinii ætatem fuisse erectam, ut qui illius mentionem faciat; à quæ autem erecta fuerit, id veteres, utare prætermiserunt; ante hujus Colonie mentionem Urbs hæc jam Noviodunum seu Nividunum dicta fuit, quod nomen etiam nunc retinuit postquam à Romanis Colonia Equestris vocata est. Utroque nomine insignita legitur in Notitiis Gallis. In vetustissima provinciarum et Urbium Gallie Notitiâ vocatur Civitas Equestrium Noviodunum, ac ibidem inter maxima Sequanorum provincia urbes secundatum tenet. In aliis Notitiis modo Civitas Equestrium Noviodunum, modo Civitas Equestrium Nividunum sive Nevidunum aut etiam Novidunum, interdum etiam Civitas Equestrium Noviomus vocatur. Urbs hæc eodem occupat sub quo ad lacum ripam Suburbium est, quod propterea Ripa | la Rivè: | nuncupatur.

Nevidunum ad commercium opportuna situm est, ad lacum Lemani ripam situm et in Burgundia vicinia, unde multas recipit merces; Burgundi quoque omnes illius mundinas frequentant. An. 1399. in cineres redacta fuit, et ab eo tempore antiquum splendorem suum recuperare non valuit. An. 1536. Bernatibus, quibus bellum erat cum Sabaudia Duce, se dedidit.

24^o Rotulum | Robor: | Oppidum cum ampla veteri Aere, ad ripam
Lacūs Lemani sub colle vinctis superbiēte positū duabus lacū
galiis versus Occidentem à Morca. Spectabiles familiae in ea
Domicilia habent, pulchrisque domibus est ornatū. Aqua mi-
nerales qui in binis Oppidi extremitatibus scaturiunt suntque cele-
berrima singulis aestatibus multos hospites, huc adiciunt.

Est Caput Baronatus, qui inter pulcherrima Regi Bernensis Do-
minia recenseri meretur. ad Staigerorum Urbis Bernensis No-
bilitium familiam pertinet.

25^o Morca, Morgea, seu Muscia | Mosfor, Morges, Morques: |
Urbis Caput Dynastiae, cui nomen tribuit, in planitie vinctis et
agris intersecta ad ripam lacūs Lemani seu Genevensis posita dua-
bus circiter lacū galiis seu Milliari Helvetico versus Occidentem
à Lanfana. Angusta est, ut quae non nisi tribus plateis, quarum
una parva est admodum, constet, sed tamen elegans. Aere in
qua Satrapa residet, unam Urbis extremitatem, alteram Templum
parochiale occupant.

Bernenses amplum portum muris clausum, necnon aggere et por-
ticibus instructum hic excitauerunt, ubi merces, quae ex Germaniā
in Galliam et vicissim à Geneva et Gallia in Germaniam tran-
seunt, exonerantur. Portus ista Urban fecit opulentam.
Saeculo XI. obscuri omnino nominis erat; Saeculo XII. Dux Zarin-
gia illam moribus cinxit.

26^o Lofanna, Lausanna, Lausodunum, et Lausonium
| Lufan, Lanfanne, Lausane: | Civitas olim Episcopalis anti-
quissima et admodum ampla Caput Vaudi seu Comitatus Valden-
sis, qui et Romana ditio vocatur. Sita est supra collem media
lacū galiā versus Aquilonem à Lacu Genevensi, et duabus versus
Orientem à Morca. Subgr. long. 27. m. 13. lat. 46. m. 40.

Nomen habere videtur à binis rivis, qui eam interflunt Losa
nimum et Anna. Illius meminere vetera Itineraria. In
Itinerario Antonini inter Coloniam Equestrem seu Noviodunum
et Urban seu Urbigenum urbem positum Lacus Lausonius seu
Lacus Laurone, quod argumentum est Lacum Lemannum nomen
habuisse à Civitate ~~hospitum~~ Lausannā prius quam Genevensis
dictus fuerit.

Circa illius originem varia circumferuntur opiniones: Qui-
dam arbitrantur unam fuisse illarum duodacim urbium, quas ala-
te Julii Caesaris ipsinet Helvetiae à patria sua migraturi. Tuen-
derunt, illiusque hac occasione mentionem fuisse Stolonam
sub nomine Sarania vel potius Lasania, quod incuria vel igno-
rantia Librariorum Graecum Δ pro Λ. positum fuerit.

Alii volent natam fuisse ex veteri Argentoractis | Argentor |
quod, ut creditur, prope lacum Genevensem et non procul ab es lo-
co, quo nunc Lausanna stat, extitit, cujus fundamenta quidam
Herulis Centurio Argentoractis nomine circa an. mundi 2790.
iexerit; illamque tunc proximū mutasse, cum in collem trans-
lata fuit, quod evenisse dicunt circa an. chr. 593. quo tempore
Marius Episcopus Lausannensis fuit. Chronicon Valdense seu
Vaudense asserit Aurilianum Imperatorem, qui ab an. chr. 270.
usque ad an. 275. imperavit, ex rudibus Argentoractis Lausan-
nam adificare coepisse. Verisimile est Civitatem hanc

4 nomen

non uno eodemque tractu, sed hinc inde diutinat occasione videlicet Templi in colle positi adificatam fuisse, idque non tam Vthnicismi tempore, quam ubi Christiana religio in his partibus hinc inde incrementa, ibique ab Arentico Sedes Episcopalis translata fuisse.

Igitur Episcopatus Lausannensi Arenticum initia dedit, ajuntque nonnulli Ericum seu Henricum quemdam circa annum Christi 300, ibidem Antistitem fuisse; postquam autem usque hoc saeculo XV. ab Alomanis vel Sombis V. ab Attila Hunnorum Rege penitus devastata fuisse, credibile est Sedem hanc Episcopalem aliquamdiu vacasse, praesertim cum ipsa regio incolis destituta esset. Legimus sub initium saeculi VI. S. Protarium Arenticum hinc Arentiorum fuisse Episcopum, qui post obitum suum in Ecclesia Oppidi ad lacum Lemannum et lacum gallicum ad occidentem à Morcia Niti, quod S. generosi S. S. Rex dicitur, sepultus fuit. Superius Arentiorum Antistes an. 535. Synodo Alverniensi interfuit, et an. 584. Marius Matisconensi sub eodem, quo hinc antecessores titulo; sed cum Chronicon Cathedralis Ecclesiae Lausannensis illum tandem Lausannensem Episcopum fuisse vocatum memorent, verisimile est primum fuisse, qui Sedem suam Lausanna stabiliverit; id factum fuisse ajunt circa an. Chr. 590. illum vero an. 604. obiisse. Eritius Lausannensis Episcopus an. 660. Synodo Cabilonensi interfuit. Memorantur etiam Episcopi: Alexander, qui an. 750. Sede dejectus est, Udalricus an. 794. Fredarius an. 815. Barchalis an. 819.

Carolingii Imperatores et Reges à Ludovico III, et postmodum Burgundiae Reges Ecclesiam Lausannensem multis praediis ditaverunt, Episcoposque multum spectabiles effecerunt.

Lausanna post Helvetiorum à galia tristam reditum Romanis parit, ab his ad Burgundiae Reges pervenit, qui Vthlandiam et Vaudum saeculo V. subjugarunt. Postquam autem Rodocus primus Christianus Francorum Rex ejusque filii ultimum Burgundiae Regem devicerunt et regnum eius capulerunt, Lausanna saeculo VI. Francica fuit adjuncta. Deinde saeculo IX. novus Burgundiae regno extitatis devotio facta est Burgundiae Regnum Civitas, quibus extinctis una cum ceteris Burgundiae regionibus et provinciis an. 1033. ad Imperium Germanicum devoluta est usque Imperialis facta: attamen Episcopi magnam in ea habuerunt auctoritatem, eique quodammodo Dominati sunt, nec tamen Civis sub obtentu privilegiorum et immunitatum suarum semper illis morem gesserunt, unde inter illos frequentes fieri discordia, ut an. 1482. qua sub intercessione Bernensium et Friburgensium sopita fuerunt, qua tamen annis 1515. 1519. et 1525. reciduerunt; hinc Lausannenses, quo se adversus Episcopum suum validius tuerentur, jus civitatis apud Bernenses et Friburgenses sollicitaverunt et ad 25. annos obtinuerunt, quibus ne dum ad finem perductis an. 1536. cum Sebastianus de Monte Falconis S. Montfalcon: Septuagesimus Septimus Lausannensis Episcopus partes Ducis Sabaudiae, cui cum Bernatibus bellum erat, complexus fuisse, hi post ceptum Ducis hinc Vaudum, Lausannam quoque occupaverunt, eiecitque et dirigitis Episcopo et Clero universo Religionem Catholicam abrogaverunt, Zwinglianamque seu Calarianam in ea stabiliverunt. Sebastianus Episcopus praediis et

ditionibus seu dominis suis omnibus exutus, Friburquum se recepit nihil se-
cum asportans praeter vacuum Episcopi Laupannensis et S. R. J. Principis
titulum. Illius Successores in eodem titulis insignitos Duces Sabaudiae com-
titunt et abunt.

Erant antehac Lausanna novem Ecclesiae, scilicet: Cathedralis, quae
magnifica est et ampla miraque altitudinis, cujus saeculo XI. quidam
Episcopus nomine Henricus fundamenta posuit, ac primum post 200. annos
absoluta fuit; Ecclesia Collegiata ad S. Mariam; quinque parochiales
et bina Conobia cum his Ecclesiis unum Ob. Minorum S. Francisci Con-
ventualium, alterum Dominicanorum. Ex his supersunt duae tantum
Ecclesiae Cathedralis et Ob. Minorum, caetera diruta sunt.

Bernates Laupannam potiti eadem privilegia sua confirmarunt,
et hypernam, mediam et bassam in Cives et subditos suos jurisdictione-
nem reliquerunt; imper omnium Ecclesiarum et Monasteriorum
proventus tradiderunt ea conditione, ut illorum pars praecorum suo-
rum sustentationi cederet. Academiam quoque an. 1537. crece-
runt, in qua sex Professores et totidem Regentes constituerunt, qui-
bus Cathedralis Ecclesiae Canonorum proventus assignarunt; his
an. 1711. Professor Juris adjunctus est. Academia haec a suis pri-
mordiis celebris fuit, atque ex prodierunt magni apud nos nominis
viri, inter quos fuit Theodorus Boga filius Calvini socius et illius
dogmatum propugnator acerrimus.

* Boga: Theodorus;
Vezeliaci in Burquum
dia 24 Junii an. 1519.
nobilibus parentibus
natus perhibetur.
Primum Carisii sub
Volmaro Rotvicensi
duo et Lutheri sec-
tatore per 4. annos
humaniores litteras et
graecam linguam Li-
m. l. que. Protestan-
tium religionem do-
ctus, inde Austra-
lium secessit, ubi Ju-
ris prudentiae operam
navavit, et an. 1539.
Licentiatum Juris crea-
tus est. Clavo ad-
scriptus duo Benefi-
cia obtinuit satis pin-
guia. Parisios dein
reversus est tertium
15000. libras reddens
per viam resignatio-
nis a Patre suo ac-
cepturus: id haud ob-
fuit quin clam in-
beret, ac se hoc palam
facta unacum uxore
sua Geneviam profes-
sus est an. 1548. et
an. 1549. Lausanna

Laupanna immediate Magistratui Bernensi parat. Eximius fri-
tur privilegis, Senatorem habet 200. viris constantem, cujus Praeses
Concilium vocatur, et ex quo duo alii Senatus formantur, unus 60. al-
ter 28. virorum. In palatio Episcopali residet Satrapa cui
in urbe Academia ducentat et Studiosi subant; extra urbem ve-
ro amplis Episcopatus et Cathedralis Capituli dominis praest, enim
vero Praefectura haec omnium totius Vaudi Praefecturarum maxima
est.

Anno 1449. Concilii Basileensis Patres Basilea pulsati ad hanc urbem
se receperunt, atque in ea Sessiones suas prosecuti sunt, quarum quin-
que ducentat celebrarunt, ac tandem pseudo-Papa Felix V. ibidem
se protestans Papatu suo abdicavit, illiunque Nicolaus V. coepit, sicque
Schisma, quod ultra 60. annos Ecclesiam turbaverat, penitus sub-
latum fuit, in cujus rei memoriam sequens Chronographum editum
est:

LXX FVLXII MVndo FELIX CESIT NICOLAEO.

Apud imperitum illius auctorem fulsit est protoriturum verbi fulgeo,
nce ad litteram D. quae CCCC efficit, ullam habuit attentionem.

Felix ipse Ripariam eorum suam ad australem Lacus gene-
vensis in agro Cabodis sitam repetiit, ibique an. 1452. ad plures
abijt. Lausanna in Bibliotheca Academica harum quinque
Concilii istius Sessionum acta Mss. aservantur.

27^o Vibisum, Vibisus, Vivisum, Vivisus, Voviacum, Bibisum,
Bibisum, Bibisus; Vivis, Vevay; Nos satis ampla et
concinna in littore Lacus Lemani et Lemilliari ab Alpi-
um radice sita Lausannam inter et Aquilejam 4. aut 5.
Lacus gallicis ad Apriam a Lausanna. Antiquissima

est, atque olim amplior erat, quam nunc sit. Illius velut Antiquarium Juranorum ^{urbis} meminit Itinerarium Antonini; nulla tamen antiquitatis in ea reperitur vestigia.

Etate Frederici II. Imperatoris Urbes hae partim ad Sabaudia Comites, partim ad Bloniaci | Blonay | Dominos pertinuit; hi portionem suam an. 1222. Wilhelmo Lausannensi Episcopo vendiderunt. Petrus de Orone | D'Oron | an. 1313. dum filius ejus Episcopus Lausannensis erat, hic condonatus fuit. An. 1370. Amadeus III. Sabaudia Comes varias immunitates Vibisio impertit. An. 1476. Bernates Urbem hanc occupaverunt, postquam Jolanta Amadei IX. Sabaudia Comitis Leuduis vidua Carolo Burgundia Duis transitum concessisset. Illam tamen pace constituta Domini Sabaudia restituerunt. Tandem an. 1536. unicum Ditione Romana seu Vaudis ad eundem Bernates jure belli pervenit, qui eam unicum territorio suo, quod octo parochias complectitur, Dynastiam fecerunt. Satrapa Chillonii | Chillon | quoniam Castellum est militari Helvetico versus Africum à Bibisio ad Causs Le-
mani ripam positum, residet.

Vibisium in solo amoenissimo et fertilissimo, necnon jussendis collibus intersecto, qui sibi invicem superpositi speciem amphitheatri referunt, necnon vicis, vinetis et agris velut seminati sunt, posita est, aera miti, et suavi aspectu gaudet. Cives plerumque opulenti sunt, ingenio praestantes, et Urbani necnon gratissima conversationis, politiorum quoque litterarum amatores; hinc est, quod multi spectatae virtutis viri in ea sedem figant vitam cum animi dulcedine agendi gratia.

Eidem suburbium adjacet fluvio seu potius tumultuoso rivulo, qui Vibisio nuncupatur, proximum, qui ibidem ponte lapideo jungetur. Rivus iste in agro Vibisensi miras quandoque instituit vastationes, ut qui interdum cursum suum mutat, viciniamque solum perfodiat.

Anno 1687. urbs ista terribili incendio fuit afflicta, quo integra platea commissa et 200. aedes in cineres redacta fuerunt, quarum loco postmodum elegantiores surrexerunt. Bina in ea numerantur Ecclesiae, quarum una intra muros posita est, altera foris loco eminentiori et vinetis circumdato. Ibidem etiam olim Equites Jerosolymitani Domicilium habuerunt. Adest etiam ludus litterarius post Lausannensem totius Vaudi celebrissimus. Hic etiam frequens est victualium commercium, quae Sabaudi, Valesii, et Montani afferunt et venum exponunt.

28^o Bloniacum | Blonay | Castellum in colle positum militari germanico versus Curum à Vibisio, in cujus radice extat ejusdem nominis Castrum. Non procul ab eo supra montem et in loco, qui Lalacium | Lalay | dicitur, occurrit fons, cujus aqua sulphure impregnata est, ac variis languoribus medetur. In castate magnus est ad illud hominum concurus.

29^o Non procul à Vibisio et Bloniaco extat Castellum Oronium | Oron | nuncupatum loco eminentiori positum, quod olim Natalis Domus fuit Nobilis prosapiae, è qua

Professor Graecae Linguae factus est. post 9. annos Genevaram rediit, ubi Praeconiis munus sustinuit, et Calvinii Collega fuit. vitam posuit 13. Octob. an. 1605.

an. 1318. Petrus Lauanensis Episcopus fuit. ab his ad Comites Gru-
jenses peruenit, sub quorum ultimo circa an. 1554. ob eas alie-
num, quod ipse contraxerat, nec solvendo par erat, illud Bernates
occupaverunt simul et ditionem illius, ibique, postquam credito-
ribus satisfecissent, Dynastiam constituerunt. In hoc Distric-
tu etiam olim extitit Monasterium Cisterciense Alta-Christa
|: Hautesert: | dictum.

30^o Aquileja seu ad aquilas |: Arolan, Alon, Aigle: | magnum
et speciosum Oppidum Caput ejusdem nominis Dynastiae, 2. mil-
liaris et semi versus septentrionem ab Actoduro sive Mauritianis
|: St. Maurice: | ad ripam fluvii qui Rhodanus innavigitur. Ei
imminet Castellum eminenti loco positum sedes Dynastae. Illi-
us solum occupant vinea, arva et prata. Non procul hinc
occurrunt fontes salini, e quibus copiose sal elixatur; item
Sulphuris minera.

31^o Briantium |: Brinby: | Oppidum ad dexteram ripam Laniis,
cui nomen tribuit, situm 7. miliaribus germanicis ad Austrum
a Lucerna. Lanius iste, qui Briantinus vocatur |: Brinby
Dor: | ab Arola seu Arola |: Aar: | qua in finibus pagi Bernensis
versus Vallesiam et pagum Uriensem haurit, efficitur. Ejus
longitudo miliaria, latitudo semimilliaria aequat; aqua
ejus limpida est, ac speciale pinium genus continet, qui Bron-
lingi nuncupantur.

32^o Interlacus |: Hutro/rosson, Hudo/rosson: | Urbs exigua ad lit-
tus Arole et Superiorem ripam Laniis Thunensis, illum inter et
Briantium posita 5. leuis gallicis ad Euronotum a Thuno.

Oratio ad Monasterium Interlacense, quod Casthusianorum fuit,
pertinet. Deinde an. 1298. titulo mentionis ad Albertum Rudolphi.
Imperatoris filium, proinde ad Domum Austriacam peruenit. an.
1319. Austria Duxes Henricus et Leopoldus, urbem hanc cognato suo
Ottoni Habspurgio oppignoraverunt. an. 1334. Bernenses, salvis
tamen juribus Domini Habspurgiae seu Austriacae in illam competen-
tibus, eundem tutalam in se susceperunt. an. 1342. Albertus
Austriacus illam Comitis Interlacensi et Joanni de Haldewil No-
bili Bernensi dedit in pignus, at hi Hattoranno Comiti de Kyburg
demum oppignoraverunt. Tandem redemptione Leopoldus Archidux
an. 1370. Antea sua Margaritha Comitissa Kyburgensi illam omni-
no cepit, qua eandem per testamentum sororis sua filio Egono Co-
miti Hohenzollerano reliquit. at an. 1387. Bernates urbem
hanc occupaverunt, et an. 1394. a Comitissa Hohenzollerana
jus, quod ipsa in illam habebat, pecunia redemerunt, necnon
an. 1401. ex suis civibus Batorum seu Dynastiam in ea consti-
tuerunt, qui eadem et tractum suo praefect, quod ad hanc usque
diem singulis sex annis fit.

Anno 1470. tota in flavorem abiit, sed opera Bernatum mox res-
taurata fuit. Enimvero gaudet privilegiis, attamen Satrapa sub-
jecta est. Satrapia Interlacensis confinis est Pagis Lucerner-
si et Subsylvaniciensi. An. 1528. Haslia ac Grindwöl-
densis sabbium populi, novum Zwinglii Evangelium, quod

Bernates, ipsi obtundere volebant, hinc para venientes, exuitate tu
multi ad arma conuenerunt, et in auxilium ab ipsis vocati Subril-
vanenses Interlacum occupaverunt, verum aduenientibus Ber-
natis copiis mox illam deseruerunt.

Semi ab hac Urbe miliari versus Septentrionem occurrit calabri, spe-
us S. Beati | S. Pat. | communiter dicitur. Antiqua Legenda memo-
rante hunc S. Beatum Anglum fuisse nobili genere ortum, qui cum
adhuc Ethnicus esset, Suetonius vocabatur, et à S. Barnaba Apo-
stolo baptizatus Beatus vel Macarius vocatus fuit. Hic deinde
à S. Petro, dum adhuc Antiochia subisterat, Presbyter statis sua
anno quadragesimo ordinatus inde in Helvetiam missus est, ut in
ea regione Evangelium predicaret, quod tam felici successu perfe-
cit, ut idem S. Petrus, Romam, quò ab Antiochia profectus fuerat,
illum acutum ibi primum Helvetia Episcopum consecrasset; tum
ipse illuc rediens Ecclesiam ibidem apud Bernates, Lucarnenses, Sub-
sylvanos, Tribuzenses, Solodunenses, Sultios et Rhatos instituit,
quam cum per multos annos rexisset, tandem lenis fractus, quò ab hu-
jus vite motibus liber esset, in specum hunc se recepit, ubi et dies
suos pie et tranquille clausit. Vera sintne haec omnia penes ipsa
Legenda fides sit. Ante religionis mutationem ad hunc specum,
ubi post aliquot saecula in ipsius honorem Sacerdum fuit edificatum,
frequentes fuisse fidelium peregrinationes. Bernenses hujus Sancti
reliquias inde asportari curauerunt, reperiuntur aut cranium, quod
in Interlacensi Monasterio honorifice conditum fuit. Haec trans-
latis Bernatibus belum auerserunt cum Subsylvanis, quibus ma-
gna erat in S. Beatum devotio. Interim contemditur, hujus-
Sancti cranium in Lucerna asseruari: possibile est, quòd Lucer-
nenses loco, ubi repositum erat, detecto illud inde clam asporta-
runt.

33. In regione Interlaci Thunensem inter et Orientinum
lacus ad occidentem in Insula, quam Arola è lacu Orientino erum-
pens efficit, situm olim fuit Caesthusianorum Conobium etiam
Interlacus nuncupatum | Interlacum, modo per corruptionem
Interlaccum: | Bernenses an. 1528. Monachis expulsi, in eo Dy-
nastam constituerunt, qui illorum pradia et ditionem, quam
Praefecturam faciunt, iuraret.

34. Thunum, Thuna | In Insula | Urbs speciosa et caput
ejusdem lacus nominis Praefecturae, locus amoenus et in fertili
plaga ad ripam iuuenti lacus, cui nomen tribuit, et ad Arolam
ex eo effluentem sita, 3. miliaribus Germanicis ad Caesum ab
Interlaco. Arola ex hoc lacu erumpens in duos ramos divi-
ditur, qui mox iterum iuncti Insulam efficiunt, qua partem Urbis
completitur, illius pars altera vero, qua priori ponte iungitur
sub colle posita est, quem Arx occupat, in qua Dynasta seu Prae-
fectus residet.

Urbs haec antiquitus proprios suos habuit Comites, qui ab ipsa Comites
de Thun vocati fuerunt; postmodum Comitum de Kyburg facta
est, à quibus an. 1379. titulus emtionis ad Bernates peruenit.

Civibus servata fuere privilegia sua, quibus adhuc fruuntur, atque inter alia jus habent libere ipsi Magistratum eligendi.

35^o Grindelwaldus | Grindelwald | Mons glacialis in confinis Valeriae Supra Interlacum positus, non solum ab altitudine sua sed et praecipue à sua cryotheca | Rübgrüb seu Grotzfor | celebris. Hujus glacialis montis altitudo et ambitus deuspatim ampliantur, adeo, ut quot annis quidpiam vicini soli contigat. Saepius in aestate usque ad vasa cum fragore tonitruo haud ab simili funditur.

Sub hoc monte occurrit in valle Viuus Briantinum inter et Thunensem lacus situs ab eo Grindelwaldus | Grindelwald | dictus. Illius Incola olim subditi fuere Interlacensis Comiti. Anno 1528. civita religionis retinenda gratia tumultuati sunt, praemonensque Quingliam sibi à Bernatibus obtulim expulerunt. At mox Bernenses illos ad ordinem revocaverunt.

36^o Haslia seu Hasle-Valdis | Haslethal, Haslethal, Haslethal, Le Bais de Hasli, Le Val Hasel, Le Haslethal | De ea jam Superius §. 1. in not. quadam tetigimus. Extrema est totius Republicae Bernensis regio, atque versus Aquilonem Paga Subsilvanici et ad Ortum Uricensi, ad Austrum vero Superiori Valeriae confinis est.

Valibus intra praecitos montes jacentibus constat, in quibus optima pasua, aqua multa, multi vici plures adhuc villa hinc inde dispersae offenduntur. Adhuc etiam copiosa crystallica fodina, et officina ferraria. Tantus quoque in eis tempore aestivalis calor est, ut terra fruges longè citius hie, quam alibi maturascant; Vere scititur, et post tres hebdomadas vel ad summum tres menses metitur.

Quidam hujus regionis Incolas à Frisiis Orientalibus ortos dicunt, qui unquam Cimbris ante Christi Adventum sub Duca quodam, cui nomen Rasti fuit, vel, ut alii volunt, primum Saeculo IV. venientes hie residerunt. Multis gaudent privilegiis; propriam Superiorem, quae Praetorem | Rammann | vocant, à his eligunt, cujus electionem deinde Bernates confirmant, et quibus quotannis administrationis suae rationem reddere tenentur.

Anno 1528. tumultuati sunt, quod, praeter Bernatum mentem, civitatem religionem retinere cuperent. At tandem tumultus sopitus fuit.

Regio haec ad 12. miliaria protenditur, scilicet à Lacu Briantino ad Arole fontes usque.

Subsectio II.
De Regionibus, urbibus, et locis
Tredecim Pagis Helveticis, communiter
Subjectis.

Jam hujus Capitis initio memoravimus Tredecim Pagis Helveticis subdi regiones quasdam, quibus eorum plures aut pauciores alternatim dominantur et Praefectos seu Dynastas proficiunt. Haec ut hic illas eo, quo eadem expensuri sumus, ordine recensere: Sunt ergo 1^o Quatuor Praefecturae Italicae scilicet Luganensis, Locarnensis, Medrosiana et Valmagiana seu Madiana. 2^o Comitatus ^{Ripariae Ditionis} et Vallis plenae. 3^o Tractus Sarunatensis. 4^o ^q Bilibitionensis, Ripariae ditionis Comitatus Wendenbergensis et Dominium Gamsense. 5^o Principatus Saxonensis. 6^o Vallis Rhenana. 7^o Turgavia. 8^o Castra Rhatia. 9^o Comitatus Badenensis. 10^o Libera Praefectura seu Dynastia. 11^o Denique Quatuor Praefecturae scilicet Muratana seu Muratensis, Grandisoniensis, Schwarzenburgensis, et Urbensis. Sit modo

S. I.
De quatuor Praefecturae Italicae.

Quatuor Praefecturae Italicae Medrosiana scilicet, Luganensis, Locarnensis, et Valmagiana limites habent ad Orientem Ducatum Mediolanensem, Comitatum Bilibitionensem, Ripariam ditionem, et Vallam plenam; ad Septentrionem Rhatiam Superiorem et Pagum Orientem; ad Occidentem et Austrum demum Ducatum Mediolanensem. Ita quoque inter se sunt disposita ut Medrosiana Austrum teneat, Luganensis vero respectu aliarum binarum ad Orientem sit posita; Locarnensis Valmagiana australis sit. Illarum Summa longitudo est circiter octo miliarium Helveticorum, Latitudo ferè quinque.

Olim partes fuere Ducatus Mediolanensis, ac eadem an. 1512. Maximilianus Imperator Duc Mediolanensis duodecim primis Helveticis Pagis cepit ob ipsi adversus Gallia Regem Ludovicum XII. qui patrem suum Ducatu hoc emerat, latus supplicias, quibus ipse eundem superavit; penes quos haec tenentur permanerunt, et ad quas singulis duobus annis. alternatim Praefectos, ut vocant, provinciales seu Dynastas mittunt.

Quo omnes Catholicam Religionem profitentur, id tamen haud officit, quin quamplurimis sceleris hominibus abundant, tot siquidem latrocinia et homicidia an. 1598. ibidem perpetrata fuerunt, ut Pagi seu Cantones Helveticis copias idae mittere deberent, qui publicam securitatem et tranquillitatem restituerent. Singulas modo capere videmus.

I.
De Praefectura Medrosiana.

Praefectura Medrosiana (Mendrosio, Mendrosi, et Mendriso, Mendrosio) respectu reliquarum trium, quod jam supra dici-

mus, maximè australis est Luganum inter et Comensem lacus, illi ad Austonem hinc ad Septentrionem sita. Angusta admodum est, ut quæ vix ad tria miliaria in longitudine, et ad duo in latitudine porrigitur. Multi tamen in ea occurrunt vici et aliquot Oppida. Nomen habet à Mendrosio; Mendrosio, Mendrosibus; Urbe, quæ illius Caput est et centrum occupat. Mediocriter magna est; nec quidquam memorabile. De ea dicendum occurrat.

II.

De Præfectura Luganensi.

Præfectura Luganensis; Lugans; ad Septentrionem ejusdem lacus nominis Lacus sita est. Ampla est, ac præter Luganum Metropolim suam 61. Oppida seu parochias, et 108. populoseque mos vicos continet. notatur hic.

Luganum seu Lucanum; Lugano, Lauris et Lauris; Urbs, quæ Præfectura nomen tribuit, ipsiusque Caput est. Situm habet in apice Septentrionalis rami Lacus ejusdem lacus nominis loco dicens duobus fere miliaribus Helveticis versus Aquilonem, à Mendrosio. Mediocriter magna est, ac in ea binæ occurrunt Ecclesia, una S. Francisci, altera S. Laurentii honoribus dicata: prior in una Urbis parte sita est, altera supra collem, ubi etiam vetus Castellum, Præfecturæ sedes, existit.

Lacus, ad cujus littus Urbs hæc posita est, et à qua nomen habet, magnus est et specialis figura formæ curvis instar cujus occidentalis murus curvus est; illius apex orientalis unâ cum tota regione quæ circumgitur, ad Ducatum Mediolanensem spectat, ac binæ illius brachia et cætera, quæ circum illa sunt, loca ad Præfecturam Luganensem pertinent. Ex eo versus occidentem confluxit fluvius Tresa

* Lacus Major, antiquis vel Tresa dictus, qui post duarum horarum cursum lacus Majoris Verbanus dicitur. Major Lago Maggiore; in illius australis rami extremitate, hoc Lago Maggiore; occurrunt Codelagum Oppidum Italianè sed corruptè Codelago quæ ab Italis nuncupatur, si co-de-lago, id est Capo del Lago, Caput lacus. ab hoc oppida Luganum usque quatuor numerantur miliaria Italica, quæ longitudinem ab uno hujus lacus ramo usque ad alterum efficiunt. Cæterum Lacus iste angustus est, ac illius latitudo ultra miliaria Italicum hanc protenditur. Prope Codelagum mons est in variis specus offenduntur, à quibus lacus subfrigidus, unde complerentur faciunt incola, ibidem enim varias cellas hæc construunt, quæ vino sua semper recentia conservant.

III.

De Præfectura Locarnensi.

Præfectura Locarnensis; La Præfectura di Locarno, Dux Land-voigtz Luggarib; circum Lacus Majoris seu Verbanus partem Superiorem situm habet. Ampla est et 49. parochias complexum Medium satis latus titur, ac tribus vel quatuor oppidibus circumstant forandis vallibus constat, et versus occidentem, suntque Centum Valles; Canto-Valis; Vallis Oseronensis; Vallis Oserone; Vallis Verzasca; et Borisagensis. Lacus Borisagensis; Borisago; nonnulli pulchris fluvii irrigatur, qui omnes Verbanus lacus sinum efficiunt. Ticinus; Tarpino; qui ab Urinæ Lago et Præfectura Bitionensi fluvius Lacus hinc, immergitur; Madia

Sen Magia, que in ejusdem loci nominis valle haturit, et propa
Locarum eidem jungitur, Verdana militari versus Aquila-
nam a Madia in illam infuit, Valles Centum Valles et Offronen-
lis qualibet speciali fluvio irrigantur, utiq; in Madiam incidit.

Notatur
Locarum, Lucarum, seu Luggarum: Locarno, Luggar, Luggarib; elegans et satis ampla civitas ad occidentalem ripam Lacus
Majoris seu Verbani in amena planitie sub monte proalto sita
tribus milibus germanis communibus sive Decem Italianis
ad septentrionem a confinis Mediolanensibus. Ipsius australe
latus Madia abuit, que ibidem in Lacum incidit. Atha liqui-
da et salubri gaudet. Montes, qui ibidem ad Aquilonem et Austrum
cingunt hinc asperitatem et vehementiam borea, ibine vero
nimium Austri calorem temperant. Versus occidentem et orien-
tem regio est aperta, ubique ventus libere spirat.

Locarum omnium Urbium, que Lacus Majoris littora occupant,
maxima est; a negotiatoribus multum frequentatur et sin-
gulis hebdomadibus in ea magni mercatus celebrantur. Olim
agregium et quadratum necnon ad quatuor angulos hinc validis
muris instructum portum habebat, verum jam diu arena, quam
Madia hinc adducit, illum obstruxit.

Urbis hanc centrum regionis occupat, que pasuis, vino et opti-
mis frugibus abundat, verum quia pauci agri in ea occurrunt,
frumenti penuriam patitur. Lacus optimos pines continet pra-
sertim tintas, que Mediolanum usque deferuntur.

In quantum ad civile regimen in ea tres sunt Ordines, scilicet Nobi-
lium, Veterum Civium, et Plebis. Prima anni die Locarum
tota communitas, quam Urbis et ipsius regio componunt, congrega-
tur, et Magistratum suum eligit, qui 21. Senatoribus, Thesau-
rario, p. constat. Ex his Senatoribus 12. sunt Cives Locarum-
ses, Sex nobiles, quatuor Veteres Cives, et duo plebei. Quili-
bet Vicius habet suum Consulem, qui a qualibet Vicisui fami-
lia annum tributum eidem impositum exigit, atque illud The-
saurario extrahit, hic de eo Magistratui rationem reddit.

IV.

De Praefectura Valmadiana.

Praefectura Valmadiana, seu Valmagiana et Madiana: Val-
madia, Valmagia, Moirthal, et Maingthal: limites habet ad
occidentem Ducatum Mediolanensem, ad septentrionem Bagum
Ursensem seu valem Lepontinam, ad orientem et meridiam Prae-
fecturam Locarnensem. Longa altisque montibus interclusa
valis est iuxta Madiam seu Magiam: Moijn: fluvium, qui
ibidem perfluit, et a quo nomen habet, sita.

Hae Praefectura olim passerat Locarnensis Dynastiae, cui No-
biles de Rusca sub Comitatus titulo dominabantur; postmodum a
Locarnensi separata fuit. Ambae saeculo XV. sub Duum Me-
diolanensium potestatem venerunt, quas secunde an. 1512.
quod jam supra retulimus, Maximilianus Sfortia unam
Medrosiana et Luganensi Praefecturis duodecim primis Helve-
ticae Bagis cepit. Praecipua hujus Vallis loca sunt Urbis

Madia seu Magia, et Gevium oppidum, quae ad ripam Madia fluminis situm habent.

§. II.

De Comitatu Bilitionensi, Ditione Riparia, et Valle Plenia.

Haec tres Praefecturae inter se sic sunt collocatae, ut Bilitionensis Austrum, Vallis Plenia Aquilonem, et Ditis Riparia medium teneat. Limites habent ad Orientem Ducatus Mediolanensis et Ahatia Superioris partem; ad Septentrionem, ubi in communem Insinitum, eandem Ahatiam et montem S. Gothardi; ad Meridiem Valles Lepontinam et Verzascanam; et ad Occidentem Praefecturam Luganensem.

Haec tres Praefecturae videntur una eademque fuisse provincia seu Comitatus, cui proprii Comites Dominati sunt: postmodum ad Episcopos Comenses pervenit, inter quos Petrum Cardus Magnus, Adelgizum Otto II. Imperatores in illius possessione confirmaverunt. A tempore Friderici I. Imperatoris usque ad an. 1306. Comites Rusconi hujus provinciae Dominatum tenuerunt, quam eodem anno Urbi Comensi vendiderunt, attamen an. 1335. illam recuperaverunt: eis extinctis ad Comites Fran. de Montefas dictos pervenit, qui, cum metuerent, ne à Ducibus Mediolanensibus jus in eam pertraherentur, in sua possessione turbarentur, illam tribus Helveticis Bagis Uriensi scilicet, Subsilvanensi et Sviticensi vendiderunt an. 1422. vendiderunt, quod novo Mediolanensibus inter et dictos Bagos bello deest occasionem, cui an. 1426. finis impositus est atque provincia haec Mediolanensibus relicta. An. 1478. Bagii isti illam denuo sibi aperire frustra conati sunt, ut et an. 1499. quo Ludovicus XII. Francia Rex eandem unam Ducata Mediolanensi occupavit. Tandem an. 1503. pace cum dicto Rege constituta denuo illam obtinuerunt; cujus possessionem deinde Maximilianus Sfortia an. 1512. Ducata potitus ipsis confirmavit. Ab eo tempore tum Comitatus Bilitionensis, tum Ditis Riparia, tum denique Vallis Plenia per Praefectos provinciales regitur, quos hi tres Bagii alternatim ibidem instituerunt. Illarum Incola Italiae loquuntur suntque omnes Catholici.

§. II.

De Praefectura Bilitionensi.

Praefectura Bilitionensis | Praefectura di Bellinzona, id est Aest seu die Hoigbrö Ballanz; | ampla satis est, necnon 70. parvas complectitur, et vicorum, qui populosissimi sunt, numerus in ea magnus est. Partim à Ticino, partim à Mesuca fluvio, quibus irrigatur; Mesuca è Ahatia proficiens Ticino immergitur. Notatur hic

Bilitis, Bilitionum, et Belenizone, Beliazona, Belinzona, Bellenzona, et Bellizona | Balenzone, Bellinzona, Belinzone, Bellenzona, Ballanz, Ballanz; | Urbs medio inter magna in planitie sub alpebus ad altum Ticini | Ticino, Tesin; | fluminis intra tres colles Arcibus Praefectorum domicilia instructos et à quibus circumgitor sita sea Lemis gallicis ad Aquilonem à Lugano.

Urbis hae jam ab an. chr. 900. nota est, tum enim Franci, qui sub Chilberio II. eorum Rege adversus Longobardos in Italiam moverunt, Belliducum suum, cui nomen Holo fuit, ibidem amiserunt. In ea Monachi Einsidenses humaniora docent.

II.

De Regione Riparia.

Regio Riparia: Riviera, seu Collegio-Bolase:| exigua Praefectura ultra 9. parochias haud continet. Illius Metropolis, quae ei nomen tribuit, angusta etiamnum est; illam Brenna fluvius, qui a Valle Brenna fluens infra ipsam in Tirol. est immergitur, abluit. Sita est milliari Helveticis versus Septentrionem à Bilitione.

III.

De Valle Plenia.

Valis Plenia: Val Brenna, Bavinos-Isal:| tertia et ultima Praefecturae Italicae ad tres Pagos Uriensem, Sub-Sylvanum et Surtiensem pertinentium. Longa quidem est, sed angusta et à vallibus Lepontina et Gyalancana Rhatiorum praenitur. Nomen habere videtur à Brennis veteribus populis, quorum inter Alpium Incolas meminit Plinius. vel à Brenna fluvio, qui illam introfluit, ac in extrema australi illius plaga in Aricula monte | Högglberg | statuit.

Valis haec quorundam vicis complectitur, quorum praecipui sunt Balanga, à quo etiam Valis Balanzana | Halantzros-Isal:| nomen patitur; Marvalia, et Abeliasca germanice Deblöfz, prope hunc ultimum vicum in montium, qui Uriensem pagum ab hac valle separant, rupibus olim scopis fuerunt Synopi seu Ruthoccos | Coosfimbol-Strin:| qui orientalibus haud cedebant; sed una expensa, qua illis investigandis impendebantur, quantum inde obviamerent longe superarent, labore superfluum est. Adhuc etiam aris et plumbi fodina, quae coluntur.

§. III.

De Tractu Saruneto, r. p.

Tractus sive Comitatus Sarunetus sive Saraneganiensis:| Targant, Targant, Targant vel Targant/roland:| limites habet ad orientem et austrum Rhatiam, à qua Rheno distinguitur, ad occidentem pagum Glaronensem et Castra Rhatia, et ad septentrionem Comitatus Toggenburgensem et Werdenbergensem.

Ejus longitudo est circiter 8. miliarium, latitudo 5. vel 6. Olim proprios habuit Dominos et Comites quorum an. 1324. tres fratres Rudolphus, Hartmannus, et Henricus floruerunt. Ab his ad Comites Werdenbergenses devolutus est, qui illum an. 1396. Domini Austriaci oppignoraverunt, ab hac an. 1428. ad Comites Toggenburgenses pervenit, horum ultimo Friderico è vivis sublato ad Comites Werdenbergenses rediit in persona Henrici, qui an. 1483. illum septem veteribus Helvetiae pagis Tigurinis, Lucernensibus, Uriensibus, Surtiensibus, Subsilvanensibus, Tugensibus et Glaronensibus, quibus an. 1712. vi pacis Arriviensis pagus Bernensis auferretur. Excipienda tamen est Urbs War-

15
taria, qua unicum suo Districtu privatim ad Glaronenses
Spectat.

Comitatum hunc tres exigui fluvii irrigant, scilicet Sara
[Saras:] a qua nomen trahit, Sarga [Sarg:] qua in lacum
Riparium influunt, et Tammina sive Cammina, quam
Rhenus ebibit. Sara item in binas partes dividit Superiorem nempe et Inferiorem. In hac praecipue memorantur
Wartavia, Klunnen, et Rivilla; in Superiori vero Sargan-
tia, Regatium, et Habaria. Principale Ordinis S. Benedicti
Monasterium. Solum ejus, quemadmodum intra mon-
tes vicinorum Bagorum vales, frumenta et frugum foena
est.

Incola partim Catholici sunt partim Aetholici, horum
Religio an. 1530. hic sumit caecidit. Cum an. 1694. qui-
dam Catholicus Sargaga seu Praefectus provincialis Sargan-
tia Catholica Sara totis viribus conaretur restitueret, inde
magis motus in Helvetia excitati sunt, ac bellum intesti-
num praefectus fuit; verum intra duorum annorum spa-
tium res haec pacifice composita fuit. Notatur hic

1^o Wartavia [Wartan, Wartanus, et Wartfan:] Bagus
qui nomen tribuit sex vicorum ditioni, et cui privatim
Glaronenses dominantur, atque singulis tribus annis in
Praefectum Aetholicum constituent. An. 1694. magni
tumultus illi, quos primum memoravimus, religionis con-
sa hic etiam excitati fuerunt, qui via non in apertum
bellum ceperunt.

2^o Riva Villa, Rivilla, Riva, seu Statio Rhatonum
[Walonystadt, Walyonstadt, Waflystadt, et Waflyonstadt:]
Urbs parva sed elegans non procul ab ejusdem lacum
nominis lacu sita milliari Helvetico ad Caesum a
Sargantia. Olim ad istius lacus ripam posita erat, ve-
rum quia successu temporis ipse ab ea recepit, modo ali-
quantulum ab eo distat. Est Emporium multarum,
quae ex Italia et in Italiam transportantur, mercium,
ac per eam via regia patet ex Germania et Helvetia
in Rhatiam. Cives impigre negotiationem exercent,
Senatum habent cum Praetore, qui civilem jurisdictionem
exercent, Criminalis penes Praefectum provincialem est. p.

3^o Lacus Riparius vel Riparus [Walonystadt = Dor, Wafly-
on = Dor, et Wadon = Dor:] ab Urbe Riva nomen trahit;
situs est inter Bagum Glaronensem, Comitatum Sarane-
ganensem, et Castra Rhatia. ab oriente ad occidentem
sive a Riva quaequam [Wofen:] usque ad Ius, vel ut alii
volunt, ad quinque milliaria porrigitur, ejus latitudo au-
tem ab austro ad Aquilonem justum semimilliare non su-
perat. Versus orientem et occidentem apertus est, at versus
austro et Aquilonem inter caelestis montes et Saxa con-

289
tatur. Ipsius Ostium seu potius effluuium olim Magus | Magi |
nuncupabatur, modo Seza | Sätz | dicitur, quae infra
quescam prope lateritium pontem | Zingol = Brück, e
glaronensi Bago venienti Lintae jungitur, atque sub him-
magi nomine. Lamii Figurino immergitur, vel potius ex eo
evumpit. Ipsius orientale latus hira prope occupat,
occidentale quesca, caetera illius littora varii Bagi.

4^o Flumen seu Fluminis | Glumb, Glumbb, et Glumb |
Locus seu Vicus chalybe, qui ibidem ex certa partiaria ma-
teria conficitur, calabis. circa illum plures sunt fontes,
e quibus varii torrentes oriuntur. Anno 881. Locus hunc
Imperator Carolus Carpus Episcopatum Curiensis donavit. An.
1294. Betholdus Curiensis Episcopus illum Ulrico Nobili de
Flumine oppignoravit, forte ab eo Flumen seu Flumi-
nis dicitur est. Tunc temporis hi Nobiles de Flumine
| Non Glumb | Episcopatus Curiensis Vicidomini erant. Hen-
ricus floruit an. 1249. circa an. 1306. Sigefridus Episco-
pus Curiensis fuit.

5^o Sargantia, olim Salganis, Sana Casa, Sarumatium
Oppidum | Parogant, Parogant, Parungant, Parogant,
Salgant | Urbs Comitatus Copet, cui et nomen tribuit su-
pra collem, qui magni montis seu potius montium illam
ad Aquilonem velut oborientium ramus est, collocata,
milliari Helvetico versus Africum a Riva. Mediocriter
magna est, ac ferme totius Regionis centrum occupat. Et
in exaltis rupe castro immoret Sedes Præfati provincialis.

Non procul ab ea versus Regatium fons est, cujus aqua fr-
gida est et Sulphurea. unacum Balneario, variis morbis me-
leri dicitur. Urbs hæc enim gaudet privilegiis, pro-
rium habet Prætorum Senatum et Tribunal, ad quod causæ
civiles referuntur.

6^o Regatium, Regisium | Regatz | elegans Oppidum
ad ripam Tammina seu Cammina fluvii. non procul a Rhenis
et e regione Majavilla | Majonfeld | Rhetia Urbs Ritem
justo milliari Germanis versus austro a Sargantia et
versus Aquilonem a Fabaria. Est Sequestratorium meo-
cium, quæ per Clavennam in Italiam transvehuntur. Non
procul inde conspiciuntur limites Helvetia et Rhetia.

Cum an. 1445. 6000. Austriaci hic castra metati fuissent,
1100. Goederati Lucernenses, Urienses, Suitenses, Subsidiari-
enses et Glaronenses inopinato illos adorti 1300. eorum
interfecerunt caeteris in fugam et Rhenum actis, Goederato-
rum nonnisi septem desiderati fecerunt. Hic etiam
portitores constituti sunt, qui in lignis Sedilibus eos, qui
ad thermas Sabarienses pergunt, per arduum et prescriptum
montem illuc deportant. Regatio olim dominatio
sunt Nobiles de Forendenberg, quorum ejusdem nominis Ca-
strum in eidem vicino monte statit. modo Oppidum

istud Principi et Abbati Trabarisiensi subditus, in quo jurisdictionem civilem exerceo.

7^o Trabarasia, ad Travaras, Trabarium, et Traronina. Pfa. fros, Pffros, et Pfa. Pffros. Principale Ordinis S. Benedicti Cenobium in amena silvis et virenti intersecata planitie in exalto monte positum justo milliari germanico versus austrum à Regatis, fundatum à S. Pionisio Melbensi Episcopo. Is à Theobaldo Alamanica Duce ex Anglia Britanniæ reuersus à se fundata pulvis in hanc plagam se recepit, ac Theoderico Galliarum Rege. seu potius Carolo Martello ipsius Majori Doms, necnon Luitfrido loci Comite Suffragantibus Monasterium hoc condidit circa an. 727. Narrant Arcem pro illius Structura ad Scateram Rheni partem in finibus Rhatias circa Langarum. Langensodt. annem propè Marsilium. Marpflied. Arcem primitus fuisse designatam; ac Architecto in ipso Operis aciebatu per iuriam vulnerato, casu advolantem candidissimam columbam prosequina huius Architecti sanguine conuoluta rostro apprehensa trans Rhenum in praesentem montem transtulisse, huius locum, in quo Monasterium excitari oporteret, velut cognasse; unde id mirandi acceptum fuit, ac in eodem monte, in quem ~~conuoluta~~ Columba illa nix candidior conuoluta prosequina detulerat, Monasterium edificari coeptum, et an.

* In huius historia confirmationem Monasterium hoc pro insignibus huiusmodi candidam columbam aperuit. Cuperemus, ut qui illam conuoluerat, simul notassent qua ratione et quomodo prosequina illa sanguine Sabri lignarii, vel, ut eum vocant, Architecti. Nam forte ea etate idem erat esse Sabrum lignarium et Architectum. Sanguine conuoluta à columba trans Rhenum in altissimum rupibus et densissima silua obsitum ac milliari distantiam montem deportata fuerint inventa.

731. perfectum est; tuncque ex Anglia Britanniæ in illud duodecim Monachorum colonia addita, qui Nobilitum et Magnatum filios, ubi ipsis à Divinis officiis otium esset, litteris imbuerent, eosque, qui ad sacrum S. Benedicti Ordinem aspirabant, huius Sanctae Religionis instituta docerent. Ab eodem tempore Monasterium istud semper per celebre fuit ac magnam sumpsit incrementa, necnon ample ditione, variis eximii iuribus et privilegiis cum à Summis Pontificibus tum Imperatoribus Carolo Magno, Ludovico Pio, Lothario, tribus Ottonibus, Henrico II, III, IV, et Friderico II. donatum fuit. At postmodum Advocatorum suorum iugo vehementer pressum et pene oppressum fuit, à quibus ut tutum praestaretur, Salomon de Rhanschwag Constantiensis simul et Sanguilensis Praesul auctoritatibus Pontificia et Imperatoria illi sibi asseruit, et abrogata dignitate Abbatiæ, eidem Superiorum huius Praepositi nomine profecit. Igitur Trabarasia huius Abbatis San-Gabensibus statit usque ad an. 949. quo sub Ottonis I. Imperatore denuo sibi restituta fuit, atque tum crescentem cum meritis fortunam multis praediis adauit, necnon Principalis dignitatis honore donata postquam illius Abbas Rudolphus Comes de Montfort an. 1198. ab Henrico VI. Imperatore S. R. I. Princeps creatus fuit. Variis deinceps iterum iactata fuit, praesertim ubi post initium Saeculi XVI. Distinglianismus Helvetiam inundavit, prope tota defect, cuius tamen res pene accitas Joannes Heider circa an. 1586. an Principali Comitis Einsidensis postulatus Abbas deus restituit.

Princeps et Abbas Habaniensis omnibus suis Monasterio vicinis
Locis Dominatus, atque civilem jurisdictionem per suos Mi-
nistros in eis exercet. Octo Veteres Bages tanquam Monasterii
Advocati jus gladii administrant.

Anno 1668. 19. Octobris una nocte Monasterium hoc unicum
Ecclesia ornamentis, campanis potiorique Bibliotheca par-
te in flammam abiit, quod deinde ab an. 1673. usque ad an.
1677. reedificatum fuit. Hic quiescit corpus B. Nicolai
Rura Archiepiscopi, qui an. 1608. Thuria [? ?] in
Rhatia à Calvinistis usque ad mortem eculso tortus est.

Seminillari germanico ab hoc loco inter binos pra-
altos et praemptos montes loco angustissimo, ubi Tammina
nivea profunditatis abscissum effodit, ac inter horridas rupes
cum terribili tormentorum bellionum haud abrimili Requi-
ta fluit, estant Thorma tota Europa celebrata, ea illius
nomine Habaniense, dicta, quorum aqua in humido gradu cal-
lida subtilissimis Sulphuris, Nitri, et Chalcanti, auri,
aliorumque metallorum spiritibus seu particulis sunt im-
pregnata, ac tum ad balneum tum ad potum adhibita
varis morbis et infirmitatibus medentur. Saeculo XIII.

Sub Imperatore Frederico II. à quodam Venatore, dum in-
ter Saxa corvorum Silvestrium nidus querebat, detecta
fuerunt.

S. IV.
De Comitatu Werdenbergensi.

Comitatus Werdenbergensis seu Werdenbergicus: sic Graf
pfaß Woodanbrög: confinis est ad Orientem Rheno, ad
Meridiam Westavia, ad occidentem montibus Sarunetis,
et ad Septentrionem Saxia. Ejus longitudo ab Austro
ad Septentrionem ultra magnum milliaria Helvetiorum
protenditur.

Olim proprios habuit Dominos, qui po-
tentes erant, ac Comitatu Saruneto etiamnum domina-
bantur; postea ad varios devolutus est, donec tandem
an. 1517. Liberi Barones de Haveren illum pro summa 21500.
florumum Glaronensi Bago vendiderunt. Cum hujus
Comitatus Incola omnes Evangeliani sint, inter Protes-
tantes et Catholicos Glaronenses convenit, ut illius Dynas-
ta seu Praefectus provincialis semper Evangelianus, ac e-
contra Usnaci et in Castrois Rhatia Dynasta semper Catho-
licus sit. Idem Incola an. 1525. et 1719. adversus Glaro-
nenses Dominos hos tumultus excitaverunt, qui brevi ta-
men sopiti fuerunt.

Regio haec fertilis est, illiusque Incola plerumque vesti-
ci sunt, qui in pecunia et agricultura inveniunt. Mili-
tiam quoque haud agra sectantur, et apud exteros Principes
Stipendia mereri avert. Notatur hic
Woodanbrög: [Woodanbrög, Woodanbrög:] urbs angusta
incaeni arce ad Achenium posita duobus milliariibus

germanicus variis aquilonem à Sargantia. Arx, qua olim
 Domus natalis fuit celeberrimū Comitum de Werdenberg, in colle,
 jucundo et amoenissima hujus regionis plagā posita est, Urbis
 vero hujus collis radicem occupat. Quibusdam memorant illam
 unam Arce hanc sub Imperio Ludovici II. qui ab an. 855. usque
 ad an. 875. rebus Imperii profuit, ab Henrico Superioris Rhaetia
 Comite Palatino excitatam fuisse. Arx antehac celebris
 fuit tam ob antiquitatem, quam munitionem suam, cele-
 briorem adhuc facere illius possessores Comites Werdenbergi-
 ci. An. 1695. incendio perit, at postmodum restaurata
 fuit, in eoque Praefectus provincialis residet.

2^o Gamsa | Gams live Gambb | Oppidum non procul
 à Rheno miliaria Germanica versus Aquilonem à Werden-
 berga positum. Olim parcerat Comitatus Werdenbergensis;
 illud an. 1497. Pagi Sunitiensis et Gharonensis à Comitibus
 Werdenbergicis excisus, Siquis jure una cum suo distric-
 tu emeruit, sique jam tunc ab eo avulsam fuit. In eiq-
 uo Praefectum constituerunt. §. V.

De Saxia.

Saxia, Alta Saxia | Varp, Alt-Varp et Hofen-Varp |
 exiguus Principatus iuxta Rhenum, qui ei orientalis est, nec
 non Vallam Rhenanā inter et Praefecturam Gamsen-
 sem hinc ad Aquilonem ibi ad Austrum positus.

Nomen habet à veteri Castro Alta Saxia munito, et
 olim pertinuit ad Nobiles de Saxia sub titulo Baronatus.
 Barones hi celebres erant, necnon Regionem hanc pluri-
 um Saeculorum serie tanquam Superiori Domini posside-
 runt, unde et eidem Principatus nomen advenit. Ulti-
 mi eorum jus civitatis apud Tigurinos sibi comparaverunt,
 ac in eorum Urbe domicilium fieri, inter quos Friede-
 ricus Ludovicus an. 1615. ditionem hanc ipsis vendidit.

In ea praeter Altam Sariam alterum Castrum Forste-
 rum | Forst | ditionem memorati Barones excitarunt.
 Ambro in bello, quod ~~ipso anno~~ an. 1405. vel, ut alii vo-
 lunt an. 1450. ipsos inter et Abbatem cellensem Urbemque
 San-gallensem viguit, ab his incensa et devastata fue-
 runt. Alta Saxia sub suis ruinis mansit, Forstium
 vero Tigurini restaurarunt. In colle supra saxum oppor-
 tunè collocatum est ampla circumdatum planitie. 250.
 annorum spatio porta caruit, ac non nisi scabis admotis,
 mox veterum propugnaculorum, adiri poterat, unde
 et invincibile habebatur. In eo puteus est Saxo incisus,
 ac in antiqua turri tripla versatilis mola extat. Tigu-
 rini illud restaurarunt, ac validis munimentis et fossis
 arte novā excitatis illud instruxerunt. In eo Satrapa
 demoratur, qui variis, quibus ditio componitur, vicis so-
 minatur, inter quos praecipuus est Saxia | Varp |

S. VI.

De Valle Rhenana.

Vallis Rhenana, Vallis Rheni, Rhegusiorum Vallis, Rhegusia, Rheguria, Rhingovia |: Rfrintfal, Rfintfal, Rfjntfal, et Rfingow |: fertilis regio inter territoria pagi Abbatiscellensis et Principis San-Gallensis, necnon Comitatus Brigantium et Salzkirchensem, a quibus Rheno sejungitur, sita. Angustae admodum est, sed ad brevitas miliaria ab Austro ad Aquilonem porrigitur. In duas partes principales distribuitur Superiorem scilicet et Inferiorem. Duas exiguas Urbes continet et promul-tos viros. Urbes sunt Altstattum |: Deltstetton |: in Superiori valle, et Rhyneggum in Inferiori, quae tamen totius Vallis Caput est. Adhuc etiam Incaes aliqua, Gromenti et vini praesertim culti, quod exquisitum est, dicitur. Frequens quoque est in ea lini et lintei ad S. Gallum aliisque loca commercium.

Veteres illius Incolas antiqui Scriptores Rhegusios, Rheguscos, Rhiguscos, et Auguscos vocaverunt.

Vallis haec olim ad Rhetos pertinebat, postmodum Principes Austriaci velut Brigantia et Tyrolis Comites supremum illius Dominium sibi asseruerunt, quod Comitibus Doggenburgensibus reliquerunt. Horum Comitum eius illud Ulrico Barro et ejus fratri Henrico oppignora-vit; ab his ad ipsorum fratrem Jacobum pervenit, qui Vallam hanc Abbatiscellensibus an. 1460. vendidit, et illam per 30. annos possederunt, omnino an. 1490. Abbatiscellenses, qui tunc Specialis pagi nomine nondum veniebant, pagis Tigurinis, Lucernensi, Surticensi, et Glaronensi, in compensationem quorundam sumptuum ipsorum gratia in bello factorum ceperunt. Hi pagis postmodum non modo ipsorum Abbatiscellenses, qui jam Specialis Helvetia pagus erant, sed et Urienses, Schwytzer, et Zugenses in supremi hujus regionis Domini societatem asseruerunt, quibus an. 1712. Bernates accesserunt.

Quantum ad jurisdictionem et alia jura Dominica Principis et Abbatis San-Gallensis eam cum his novem pagis etiam possidet ita quidem, ut media pars mulctarum pecuniariorum ipsi obveniat; excipitur Altstattum, ubi ea in tres partes dividuntur, quarum una huic Urbi cedit. Item Abbas etiam jure Patronatus gaudet in quibusdam Zwinglianis parochiis seu Ecclesiis, nempe in Altstattensi, Marbacensi, Belgacensi, et ad S. Margaretham. Insuper multos proventus, plerumque in Superiori valle, habet.

Occurrit hic
jo Altstattum |: Deltstetton live Deltstetton |: Urbs exigua Superioris Rhenanae Vallis Caput 2. miliaribus Germanicis ad Austro a Rhyneggis distans. An. 1405. Ab-

batiscabenses illam occupaverunt, verum an. 1408 Fri-
dericus Austriacus cum duodecim armatorum millibus obe-
dit, obtinuit et incendit, cum prius prostratum clam ab ea
recessisset, quod prius tertio post die eadem Griederus inno-
tuit.

2^o Rhynggum, Reineckum et Reineckum | Rhyneck,
Rhyneck, Rhyngg, et Rhyneck: | Urbs angusta Inferioris
non modo sed totius Vallis Rhenanae Caput sita ad illud flumen
Rheni in Lacum Bodanicum duobus miliaribus Germanicis
versus Aquilonem ab Altstatte. Ad commercium in Ger-
maniam et Italiam opportunè jacet. Castellum habet,
in quo Praefectus provincialis residet. Olim Sedes fuit
veterum Rhaetiarum sive Rhaetiarum.

Multis calamitatibus afflicta fuit praesertim an. 1408,
cum nuncque bellum Abbatiscabense ~~1408~~ fuerat, tunc
enim in cineres et desertum redacta fuit. Postquam
D. Wilingianismus Helvetiam inundasset Cives partem illam
adopterunt, partem vero vitam retinere Religionem,
qua successu temporis adeo immixta est, ut anno 1748.
quatuor duntaxat Catholicae familiae in ea residua fue-
rint.

§. VII.

De Turgavia.

Turgavia, Thurgavia, Turogum, Turvacus, Tur-
gandia, Durgae, Durgangensis Pagus: Turgai, Tur-
gai, Turgai, Turgai, Turgai, Turgai, Turgai, Tur-
gaur, Turgai: | Regio, quae iuxta partitionem Hel-
vetiae in quatuor duntaxat Pagos ab antiquis Scriptoribus
factam maximis Helvetiae provinciis annumerata fuit:
Eidem quippe limites dederunt ad Orientem Vallem Rhen-
anam et Lacum Bodanicum; ad Meridiem Comita-
tum Sarmentum; ad Occidentem Toesam et Glattam
fluvios pagi Tigurini fluvios; et ad Septentrionem
Lacum Inferiorem seu Celsensem et Rhenum: Siq̄ue
integram orientalem totius Helvetiae partem efficiebat;
complectebatur enim partem Tigurini pagi; totum Pagum
Abbatiscellensem, Dominia Urbis et Abbatis San-galen-
sis, Comitatum Doggenburgicum; hodiernam Turgaviam,
et Dominium Episcopi Constantiensis eidem adjectum, nec
non ~~quae veteribus~~ Pagos Lucernensem, Urionsem,
Sutrientem, Subsilvanum, et Glaronensem. At
modo Turgavia nomine illa duntaxat provincia intelli-
gitur, quae communi Pagorum Helveticorum Imperio
et Dominatui subest. Turgavia hic hinc pulchra
et ampla est Praefectura, quae confinis est versus Ori-
entem Lacu Bodanico; versus Austum Dominio Bris-
cipi et Abbatis San-galensis; versus Occidentem Pago
Tigurino, et versus Septentrionem Rheno et Lacu

Sodanico inferiori seu Cellensi. Nomen habere dicitur à Tau-
riscis veteribus populis, qui olim forte in hac ora residerunt.
 Hanc Praefectura omnium Helvetiae Praefecturarum maxi-
 ma est, ac novem Urbes complectitur; novem aut decem
 Monasteria, quorum Crundlingam et Minsterlingam jam
 expendimus, ubi ~~scribitur~~ De Episcopatu Constantiensi nobis
 scribitur; multas Arces et Viros, qui ultra 50. parochias
 efficiunt; numeranturque 42. Domini partim laicula-
 res partim Ecclesiastici, qui in ea ditiones possident, praeter
 oppida et Viros illos, qui Regis Helvetiae immediata sub-
 sunt. In ea quatuor praecipuae Urbes numerantur,
 scilicet Hobona, Episcopi cella, de quibus Cap. I. Sect. 8. di-
 agimus, Frauenfelda et Dipsenhoffa; et aliquot mino-
 res seu oppida, ut Weinfelda, Trines seu ad Trines, Stacht
Bora, quam loc. cit. jam expendimus, p. necnon alia Oppi-
 da et Vici penè innumeri.

Regio haec inter pulcherrimas Helvetiae provincias recen-
 seri meretur. Amoenae est, opulenta, foventi, vini, fru-
 gum et annuum ad commodè vivendum necessariorum rer-
 um dives, necnon mediis frequens. Lacu Constantien-
 si, Rheno, et Turo^o irrigatur. Incolae partim Swingli
 autem partim Catholici, Illi duabus tertis inter un-
 versos superant.

Imperatore Ludovico bis mortuo inter ipsius filios iura
 possessiones, quas ipse reliquerat, armis decertatum est. Tan-
 dam Vitodunum | Vardun | an. 843. pax inter ipsos iura nec-
 non Helvetia divisa fuit. Lotharius Imperator illius par-
 tem usque Rusam | Reiß | fluvium Juram et Lacum Geneven-
sem usque obtinuit; altera pars vero trans Rusam ad Ahe-
num usque Ludovico Germaniae Regi cecit. Turgavia
 postmodum Duces Suaevis praefecti fuerunt aut potius domina-
 ti sunt. Rudolphus II. Burgundiae Rex cum Borovis suo Burg-
cardo Suaevis Duce simultates gerens Turgaviam invasit
 at prope Vitodunum an. 919. repulsus fuit. An. 984. Sub-
Conrado I. Suaevis Duce rustici Turgavienses adversus Do-
minos suos, à quibus Iure iuris premi sequebantur, ar-
 ma cepserunt, verum iusto proelio fusi fuerunt eo loco, ubi
 nunc Monasterium Crenolium Paradisus dictum extat.

Turgavia in Suaevis Ducibus, retento sibi in ea Tribunali
 seu, ut vocant, Judicio provinciali Comitibus de Altafrauen-
falda cesserunt, quibus deficientibus titulus agnationis
 ad Comites Kyburgenses devoluta est. Illius Judicium
 provinciale penes Suaevis Ducibus permansit usque ad an. 1258.
 vel 1259. quo 28. Novemb. Conradinus ultimus Suaevis Dux
 iuxta Caroli Andegavoris Neapoli capite truncatus fuit.
 Eodem ferme tempore Kyburgensium Comitum potestatis
 in Hartmanno quoque defuit. Idcirco extinetà utraque
 et Comitum Kyburgensium et Suaevis Ducum familia au-

* Turos, Thauros, Tura,
Thyros, Ducius | Hier |
 indomitus rapiditate.
 sua fluvius, in Supa-
 riori Comitatus Dog-
genburgici plagâ
 non procul à Monos-
terio S. Joannis et pro-
 pe Donum ferinam
Swildenfaub | pagum,
Ulrici Swinglii Do-
num natalem ori-
 tur ac Doggenburgi-
cum Comitatum Vilam
 usque perfluit, inde
Turgaviam perdit,
 tum Cursum suum ad
 Occidentem fluctens
 in Bago Turgavio in-
 fra Eglisoviam in Rhe-
num incidit. Glarea-
nus contendit illam
 primitus lingua Alti-
ca Ur, quod idem est ac
Taurus propter suam
 impetuositatem nuncu-
 patum fuisse. ab eo
Turgavia nomen ac-
 cepit ab aliquibus
 dicitur.

Rudolphus Habsburgicus postea Imperator Comitum Kyburgensium heres legitimus Turgaviam simul et illius provinciale Tribunal seu Judicium sibi asseruit, necnon posteris suis reliquit, qui utrumque possederunt usque ad an. 1415. tunc enim Imperator Sigismundus proscripto Frederico Austriaco, provinciam hanc occupavit et Imperio adjunxit, provinciale autem ipsius Tribunal seu Judicium Civitati Constantiensi oppignoravit. An. 1418. Idem Fredericus ab Imperatore Joanne in gratiam receptus equidem Turgaviam sibi recepit, at provinciale Tribunal seu Judicium Constantiensibus relinquere debuit. Exiit deinde an. 1450. Sigismundum Austria Principem, et septem veteres Helvetiae pagi bello, hi provinciam hanc occuparunt ac Praefecturam provinciae fecerunt. Demum an. 1499. iidem veteres pagi auxilium ferentibus Bernensibus, Triburgensibus, et Solodurensibus illius provinciale Judicium Constantiensibus cepuerunt, quod ipsis eodem anno in pace inter illos et Maximilianum I. Imperatorem necnon Sueviae Governatores Basilea conclusa fuit confirmatum. Ergo septem veteres Helvetiae pagi Turgavia potiti sunt, illius vero Judicium provinciale cum tribus primis memoratis pagis partiti sunt, atque res in hoc statu mansit usque ad an. 1712. quo vi pacis Aroviensis pagus Bernensis plenum etiam hujus provinciae Terrae Condominium obtinuit. Orta igitur veteres pagi Helvetiae alternatim singulis duobus annis illuc Satrapam mittunt, qui Trausfeldia residet, ac provinciae Dominatur. Turgavia Landgraviatus titulo insignitur. Oecumit

id. Dipsenhofa sive Darnaria: Dipsenhofen, Dipsenhofen, Dipsenhofen, et Dipsenhofen: Urbs pulchra et mediocriter magna ad sinistram Rheni, quae ibidem testo ponte jungitur, ripam posita Steinium ad orientem inter et Scaphusium ad occidentem, ab utroque milliari distat. Nomen adeptae est à duabus Villis, quae olim huc catiterunt ac hodieum adhuc superior ac inferior Villa nuncupantur: eundem parlatim alia domus adjunctae fuerunt ita, ut sub Dominatu Comitum Kyburgensium Turgavia Landgraviatum in Oppidum excreverint, quod an. 1179. Comes Hartmannus moenibus cinxit Urbemque fecit. Ex horum binarum Villarum una Castrum excitatum fuisse dicitur, in quo Comitum Kyburgensium Dapiferi de Dipsenhofa cognominati sedem habuerunt. Extincta horum Comitum stirpe, Urbs haec una cum Turgavia ad Rudolphum Comitem

Habsburgium postea Imperatorum devoluto est, et quae
eam posteris suis transmisit. An. 1415. Imperator Sigismun-
dus eam, proscripto Frederico Austriaco, occupavit, acceptis
que pecuniis liberam Imperii et nunquam ab ipso avellan-
dam Urbem dixit. Attamen an. 1460. in bello Turgavi-
ensi septem veteribus Pagis Helveticis se deditit reserva-
tis hinc privilegiis suis, quibus ut et ab an. 1712. Bernati-
bus ad hanc usque diem parat. Eiusmodi fuerit privile-
giis, proprium Praetorem et Magistratum habet et ju-
re videndi monetam auream aequae ac argenteam quidem.
Ei pagi quidam et Villa subijciuntur, in quibus omnem
jurisdictionem criminalem aequae ac civilem exeret.
Per quatuor portas ad eam patet aditus.

Cives ab an. 1530. quo Evangelionismus in ea serpere coepit,
partim Catholici sunt partim Protestantes, hi tamen prior-
es numero superant. Circa Urbem occurrunt hosti-
venusti, colles frumenti feraces, et vineta exquisitum
vinum profertur.

Prope Dispenhofam et Rhenum estat Coenobium Mo-
nialium Ordinis S. Dominici Vallis S. Catharinae s. Catha-
rinae s. Hal: nuncupatum, in quo an. 1460. Godefrido Hel-
veticis Urbem hanc obsidentes Stativa habuerunt. Ibidem
etiam Sapiferi Dispenhofenses sepulti jacent.

2^o. Milliarum germanico a Dispenhofa versus Austrum
et ad ripam Rheni estat amplum et opulentum Sanctimo-
nialium Ordinis S. Clarae Monasterium, quod propter amo-
num situm suum Paradisus s. Paradis, Paradib, et Para-
dis vocatum est. Memorabilis est illius Origo: cum
enim sub Imperatore Ottone III. an. 992. Suevia et Turga-
via Austriaci adversus Dominos suos, a quibus se nimis oneribus
et tributis premi querebantur, rebellassent, et ad arma
conversissent, tunc et Domini adversus ipsos movit, ac
eo ipso, quo Monasterium istud stat, loco ventum est ad
pugnam, in qua quidem Austriaci cisi et victi fuerunt,
sed et multi Nobiles occubuerunt, quorum consanguinei
ibidem sacellum in honorem S. Petri Apostoli exutarunt
quod ab ipsis Paradisus vocatum fuit. Saeculo deinde
XIII. in eodem loco Coenobium istud conditum est, quod
Paradisi nomen retinuit.

3^o. Ittinga s. Ittingen: celebre Carthusiano-
rum Coenobium ad dexteram Turi ripam situm mil-
liari gallico versus Aquilonem a Frauenfelda.

Olim hic statit Castrum domus natalis Nobilium
de Ittinga, inter quos Adelhardus sub Imperatore Caro-
lo Crasso circa annum 872. floruit. Anno 1079. Ul-
ricus III. Abbas San Gallensis ditionem Ittingensem ac-
cessum vi occupavit Castrumque hoc destravit. An.
1550. Wardenus ejusdem Monasterii Abbas ibidem

Præposituram pro duodecim Canonicis Regularibus Ordinis S. Augustini fundavit, variisque prædiis et proventus dotavit. Illud vero successu temporis à florente statu in calamitosissimum deturbatum fuit adeo, ut tandem solus Præpositus sine ullis conventualibus agrè admodum substituerit, quare de consensu Pape Sixti II. et Henrici IV. Episcopi Constantiensis, sub ejus Diocesi locus est, nempe Septem veterum Pagorum Helveticorum tanquam supremorum Turingia Dominorum an. 1461. Cenobium istud Carthusianis traditum fuit, qui illud ad antiquum splendorem demò reverterunt.

Anno 1524. Rustici, quos Zwinglianismus jam occupaverat, furore et odio in Catholicam Religionem periti, cenobium istud hostiliter invaserunt, illudque dejectis in Ecclesia SS. imaginibus et Statuis combusserunt: unde magna offensus orta Tigurinum inter et ceteros Catholicos Pagos Turingia Dominos. Res tamen, intervenientibus Principibus Basileensi, Schaphusiano, et Abbatiscellensi amicabiliter composita fuit, postquam eorundem Rusticorum aliqui Badense ultimum supplicio affecti fuissent.

4^o Trines seu Ad Trines: Trin, Trin, Trin, et Trin:) Oppidum seu Urbs exigua sed elegans et amœna ad Decemteram Turis ripam sita milliari Germanico ad Austrum à Stekborâ, in agro frumenti, vini, et aliarum frequenter fraxipino.

Nomen accipere videtur occasione prælii, in quo Cassina Vitellii Imperatoris bellidum an. chr. 69. opitulantes Rhatis Helveticos prope Badenam fudit; tum Rhati sese in Helvetia diffuderunt, et hincque penetrantes ibidem fixis limitibus seu finibus suis urbem hanc Trines vel Ad Trines munierunt. Romani illam munimentis instruxerunt, quo claustrum seu repagulum spectat adversus Germanorum et Helveticorum irruptiones. Conventur adhuc veteris Urbis moenia, nempe alia quadam Romanorum monumenta, præsertim anuli et nummi, qui in vicinis vineis interdum effodiuntur.

Sæculo XVI. Urbs hæc ad Comites Eberthinos Trin pertinet, quorum ultimus Otto an. 1576. Antisepia aquis suffocatus est. Nobilis quidam Bipontinus nomine Wamboldus illam ab hujus Comitis hereditibus emit; ejus heredes illam Tigurinis vendiderunt; hi eandem una cum his tractatibus ad hanc usque diem possident, Statutisque temporibus Dynastam mittunt, qui in Urbe, que ibidem est, residet.

5^o Travenfelda, seu Campus Dominus: Travenfeld, Travenfelden, et Travenfeld:) Metropolis Turingia ad Murgam: Dir Murg:) fluvium, qui paulo inferius in Turum influunt, eminenti et jucundo loco sita milliari gallico versus Euronotum ab Ittinga.

Quidam autemant S. Helenam Imperatoris Constantini matrem in hac urbe longo tempore demorantem fuisse, ac ipsius gratia ipsa Campum Domina (Joanifeld) fuisse vocatam. * Id fabulam videt. Verisimilius urbs hac initium suum et nomen debere dicitur civitati Comitissa de Veteri Vitoduro, à qua antiqui Franckenfelda Comites probabiliter orti sunt, inter quos Conradus sub Frederico Barbarossa Imperatore floruit. Extinctis hinc Comitibus Franckenfelda una cum Turgavia ad Comites Kyburgios devoluta est, et ab his ad Domum Habsburgicam huc Austriacam. An. 1415. Imperator Sigismundus proscripto Frederico Austriaco Franckenfeldam sibi offeruit ope copiarum Suae civitatum, at eodem Fredericus an. 1418. Imperatori reconciliatus illam demò recepit, ac penes Domum Austriacam permansit usque ad an. 1460. quo Septem veteres Helvetici pagi octo illos inter et Sigismundum Austriacum bello in Turgaviam moventes eandem unam cum tota regione occupaverunt, et hactenus retinuerunt; cuius condominium Bernates vi quartæ articuli pacis publicæ an. 1712. Avonia conclusæ etiam obtinuerunt. Ab hinc in ea pagi Helvetici persæpe publica sua comitia die S. Joanni sacra, ut et Judicium provinciale quod modo hebdomadale (Winfangweiff) vocatur, celebrant.

In hujus urbis parte extrema supra vixem extat Castellum, in quo Patria ab octo veteribus pagis alternatim constitutus residet. Cives partim Catholici partim Zwingliani sunt; quique illorum specialem suam habent Ecclesiam, in qua juxta religionis suæ præscriptum officia divina celebrant. Episcopus Constantiensis tanquam Archiepiscopi Abbas in ea magnis jurebus potitur, ac olim Inusta omnes ipsius subditi fuerunt; ei hodiernum adhuc juramentum præstant eadem tamen conditione, ut jura quæ in eos habet, nec vendere nec alio quovis modo alienare valeat.

Urbs hujus regimen sic est constitutum: Duo Prætores eidem præsunt, quorum unus Catholicus est alter Protestantus, his adjungitur Civis etiam Protestantus, qui plerumque Senator est, hi ut et duo Grammatici, quorum pariter unus Protestantus est alter Catholicus, nempe bini apparitores à Civibus eliguntur in præsentia et sub præsidio Præfati provincialis, à quibus quem admodum à toto Senatu juramentum fidelitatis, quod octo Veteribus pagis præstant, recipit. Adest etiam magnus Senatus, qui 30. viris constat, et Minor, quem 12. ex illis 30. assumpti constituunt. Horum 20. sunt

Protestantes, ceteri Catholici. Senatus iste causas digni-
ficat criminales, aquae ac civiles. p. PP. Capucini
castra muros habent Coenobium.

6^o Vinsfelde |; Wisingfelden: | elegans Oppidum cum
Castro et Praefectura, cui nomen tribuit, situm ad dexteram
Iuri ripam 2. militibus germanicis ad Orientem à Grau-
ensfelde. An. 1529. Incola ad Livingstoniana sacra
acceperunt. An. 1614. Oppidum hoc una cum suo tractu
sequenti à Nobilibus de Gemmingen Wittenbergensi-
bus Suevis emerunt, ac Praefecturam fecerunt. In
Castro Satrapa residet.

7^o Firschinga |; Kippingan: | ordinis S. Benedicti Coe-
nobium ad Murgam |; Murg: | flumen positum milian-
germanico versus Africum à Vila et ad radicem mon-
tis Horonlin dicti, Jureis Augia S. Maria Firschinga,
postea Bisina, ac tandem Firschinga nuncupatum est.

Omnium Helvetiae Monasteriorum vetustissimum ha-
betur, atque jam circa medium vel finem tertii saeculi
saeculi, scilicet circa an. chr. 250. vel 282, quibusdam illius
aevi Christianis Deum Imperatoris et aliorum Tyrannorum
Ethnicorum furores, delinantibus vetustissimum asyleum
fuisse memorant Annales Constantienses, ubi Duo famu-
lati sunt, quibus alii successere ac saeculo VI. Ordinem
S. Benedicti in has plagas haud multo post illius institutio-
nem delatum suscepit, quibus circa an. 857. Comites
Loggenburgici Coenobium excitaverunt, dotarunt, ac di-
tarent. Crevit eandem fortuna cum pietate multorum
patronorum liberali manu aucta, ita, ut splendidissimum
evaserit Monasterium: at postmodum variorum infor-
tuniorum nebula illius splendorem penitus offuscavit.
an. quippe 1020. Udalrico de Brigantia Abbate totum
tristi incendio haustum funditus comit, et praclara tot
saeculorum acta intar ruinas et cineres recidere, gravissi-
ma bellorum proceba inter Henricum IV. Imperatorem
et Norbertum S. Galli Abbatem per totum S. Galli terri-
torium detonante omnemque late viciniam suis turris
involvante. Diu exinde Monasterium jamit desola-
tum et religiosi orbem.

Tandem an. 1138. ab Udalri-
co Constantiensi Episcopo per Nobilem Walthramum
de Castellorast Dennis è ruinis eritum surrexit, aue-
dente virorum altero Monialium Coenobio, et geminato
inter pia amulantium studia Monastica disciplina
Zelo. In hac sacra Pasthenone. an. 1177. sub Quo-
ne Abbate Monialibus se adiunxit S. Jorda ex Illustrissi-
ma Kirchbergensium Comitum familia, quae ab Henri-
co Loggenburgensi Comite marito suo ob adultorii suspi-

* Decius ad Imperii
causam adnotus
fuit an. chr. 249.
in palude suffoca-
tus perit an. 251.

cionem ex altissima Arce precipitata, sed, Deo pro illius innocentiâ stante, immunis servata fuit; cuius Sanctissime matrona ac patrona sacros cineres etiamnum Trischinga inter cimelia servat. Stetit istud sacrum Virginum Coenobium usque ad an. 1414. quo unicum Virorum sibi juncto Monasterio sacraque ac profana suppellectili positus in flammis abiit, nec qui tunc temporis Abbas erat utriusque restaurando par fuit, unde in id demeruit totis viribus incubuit, ut nempe Virorum Coenobium à cineribus exutum restitueret, relicto haecenus sub his cinis altero, quod Virginum erat.

Demum Saeculo XVI. Zwinglianismo Helvetiam pervadente Coenobium istud extrema calamitate perire oppressum fuit; tunc enim Abbas et Monachi, cum aliis simul, et Catholicâ Religionem Zwinglianismumque abjectis amplexi sunt; Ecclesia excrucata, altaria diruta et unicum S. Imaginibus et Statuis igni tradita, sacra suppellectilis et ornamenta in usus profanos conversa fieri. Abbas ipse sociatâ sibi quadam Tosensis coenobii Moniali adhuc sex annorum spatii sceleratam in eo vitam transegit, quibus exartis accepto à Regis Turingaria Dominis vitalitio amotus fuit, deinde, quem admodum plerique conventuales huius, frater factus apud Zwinglianos parochiam obtinuit; tuncque alteri Apostata Monasterii cura, tanquam Coenobio demandata fuit, quo vivere per octo annos defunctus est.

Postquam igitur Coenobium istud per 14. vel 15. annos ita desolatum et omni officio divino destitutum stetit, tandem Regi Catholici circa an. 1540. illud demum Catholicâ ac Benedictinâ Religionem restituerunt, postulato è S. Galli Coenobia Abbate Marco Schenklingo; is statim regimini huius principis altaria demum erexit, Ecclesia ornamenta pro possibili resarcivit, susceptis quoque juvenibus Monachis officia divina secundum sacrum S. Benedicti institutum demum celebrari curavit, ac cum per 20. annos eadem profuisset plenus meritis ad coelum migravit. Ab eo tempore Trischingense Monasterium incrementa sumit et magis ac magis flovere coepit. An. 1593. illius Abbas Christophorus à Gregorio Papa XIII. Pontificalia pro se et suis successoribus obtinuit, ac praeter alia praedia, quae à Monasterio avulsa recuperavit, ditionem Spitzelbergensem acquisivit.

§. VIII.

De Castro Rhatia.

Castra Rhatia: Gaspow, Gaspel, Gaspow, et Gaspow. Angusta satis regio limites habet ad orientem Comitatum Doggenburgensem, ad Meridiem Comitatum Sarr-

notum, ad occidentem Pagos Glaronensem et Surtiensem, à quibus lacus Rivaris et Tigurino necnon Linta fluvio separatur, et ad Septentrionem Pagum Tigurinum.

Antiquitus Regio haec Windoka ab eisdem nominis Arce ad Linta ripam posita, qua an. 1450. cecidit, dicta fuit. Abbatibus Grisonis, qui in his oris residerunt, eidem ex latinis vocibus Castro Rhotia fabricatum nomen Germanicum Gaepfo indiderunt.

Præcipua illius loca sunt Guercha, Schenifa, Umanum, Grinaria, p. quibus Raperswillam adjungimus. Incolæ quemadmodum in vicinis regionibus, partim Catholici sunt partim Gwilingiani.

Regio haec ad Bonum Habspurgio-Austriacum pervenit, ac penes eam permansit usque ad an. 1438. quo Fridericus Archidux illam Pagis Surtiensi et Glaronensi pro summa 3000. florenorum oppignoravit, reservatis sibi relictionis jure, et inuolvis privilegii et immunitatibus suis: cum autem hæc stipulata redemptio seu, ut ajunt, relictio post multos annos hæud facta fuisset, tandem an. 1464. ipsa bis hæc Pagis cepit in proprietatem, et ab eo tempore alternatim duobus singulis annis in ea Dynastam constituit, qui ibidem tamen non residet, sed Statutis duntaxat temporibus illuc se confert.

Cum an. 1531. Incolæ illi, qui Gwilingianismum adoptarant, in bello Cappellensi Tigurinis se junxissent, hujus facinoris, pace constituta, e qua ipsi fuerunt exclusi, poenas dederunt; Pagus Surtiensi namque ipsis venilium, Documenta, immunitates et jurisdictionem criminalem ademit; privati vero partim relegati, partim pecuniis multati fuerunt, et Religio Catholica demum restituta. Attamen post longam annorum seriem immunitates suas iterum obtinuerunt. Notatur hic

1^o Guercha: Woson seu Woson: amplum et elegantissimum oppidum unicum Arce et ditione, in terminis Lacus Rivarii ad vicum, qui ex hoc lacu compresso semi ab eo milliari Linta jungitur, positum duobus ferme milliariis Germanicis versus occidentem à Rivaria.

Frequens est per illud itinerantium transitus, ibique catat celebre merium sequestratorium, et perpetua navigatio.

Olim oppidum hoc per amplam Urbem fuit, quod combustorum moeroribus, quæ adhuc sepe videntur, reliquæ testantur. Cum autem post pugnam Sempachensem Leopoldus IV. Austria Dux patris sui, qui in ea occubuerat, mortem adversus Pagos Helveticos ultionis, Guercha

praesidium locasset, hac re commoti septem veteres pagi ad
 illam an. 1386. castra movere, oppugnataque praesidio mu-
 nierunt. Verum an. 1388. Cives clam Austriacos introdu-
 xerunt, qui 24. februarii media nocte praesidium Habi-
 vaticum ex improviso adorti Centurionem et 80. milites
 miserandum in modum trepidaverunt, reliquis per Urbis mu-
 ros aegre dilapsis. Brevi post eadem pagi proditionem
 hanc ultiori illam iterum obvidere deservierunt, quod
 ubi Cives revivere, incensis adibus suis unam ux-
 orem et liberis, necnon praesidio Austriaco hinc de-
 migraverunt; et sic Urbs hac interit, ac deinceps Oppi-
 dum duntaxat facta est. In eo locat celebre Zale-
 sia et Monialium Ordinis Cisterciensis Conventum.

2^o. Schemisa |: Defonib: | Oppidum ad Dentarum
 linta littus situm milliari germanico versus Cau-
 rum à Guenba. In eo catat celebre et opulentum
 Franconilium Virginum Monasterium seu Collegi-
 um, quibus omnibus, excepta Abbatisa, qua S. A.
 J. Princeps est, illud deservit ac umbere liberum est.

Fundatum perhibetur an. 806. ab Hunfrido Abbatia
 Landgravo pro Monachis Benedictinis, qui an. 1277.
 illud adhuc incolerunt; memoria enim proditum
 est eodem anno Henricum Comitem Rapersvilla-
 rum à Monachis Schemisensibus solum in Comita-
 tu Badensi emisse, in quo Monasterium Cisterciense Ma-
 ristellam dictum excitavit; qui vero ab illis Monachis
 ad Moniales et demum ad Nobiles hasce Virgines perve-
 nit, necnon Collegium factum fuerit, id nos latet.

Henricus III. Imperator an. 1045. illud ab omni domi-
 natione liberum et Imperio immediate subiectum
 declaravit. Modo bini pagi Sunitiensis et Glaro-
 nensis velut totius Regionis Domini illius sunt ad-
 vocati. An. 1585. 20. Martii incendio totum,
 praeter Campanile, perit, at mox commodius, quam
 ante fuerat, restauratum fuit.

3^o. Umacium |: Uznach, Uznang, et Uznach: | Urbs
 angusta prope lacum Tigurinum sita 2. milliariis ger-
 manicis versus Evronotum à Rapersvilla. Metropolis
 est ejusdem ejusdem seu nominis Comitatus. An. 1437.
 pagis Sunitiensis et Glaronensis oppugnata fuit, et tan-
 dem an. 1469. à Petermanno Barone de Karow vendita.

Proprium Praetorium habet et Magistratum. Dynasta
 in ea non residet, sed Statuto duntaxat tempore venit com-
 missa sibi negotia pertractaturus. Umaci olim
 Ara fuit, quae concidit, et an. 1557. penitus demolita fuit.

Non procul ab hac Urbe magna et incola frequens est
Comunitas variis vicis hinc inde in monte Diparis
constans, qua propterea Mons Urmacensis vocatur, atque
etiam proprium Datorem et Magistratum habet.

4^o. Ruperti Villa, Raperti Villa, et Rapersvillan
1: Raproschwyl, Raproschwyl, et Raproschwyl Urbs
ad ripam Lacus Tigurini locus amoenus et in angusta terra
lingua, qua per modum promontorii in Lacum porrigitur,
sita 2. miliaribus germanicis ad Casum ab Urnaco, ~~est~~
an. 1091. a quodam Veteris Rapersvilla Comite excitata.

Vetus Rapersvilla olim Arx munita fuit ad sinistram
Tigurini Lacus ripam posita, et a S. Ruperto Sueviae Duce
non copiarum Clodovici II. Francie Regis belliduce
circa an. Chr. 680. excitata et suo nomine insignita, ~~quod~~
~~postmodum ad ipsam urbem derivata est.~~ Postea
propriis Comites habuit, quorum unus an. 1091. prout pri-
mum diximus, ad alteram Lacus ripam urbem edificavit,
ac Novam Ruperti Villam vocavit, qua postea per
corruptionem Rapersvilla nuncupata fuit. Eorum
ultimo an. 1294. a viris sublato Rapersvilla ad Domum
Habsburgico-Austriacam pervenit. An. 1350. Orto Tigu-
rinis inter et Domum Habsburgicam bellis, illi Vete-
ran Rapersvillam exciderunt. an. 1460. Helvetii
foederati a Bis Papa II. adversus Sigismundum Austria-
rum, quem ob Cardinalem Cusanum Brixinensem in Tyrolis
Episcopum ipsum, ipsum custodie mandatum anathemate
perculerat, excitati arma in Turgariam et vicinas Aus-
triaca ditionis regiones intulerunt, atque etiam Rapers-
villam occupaverunt. Quidam memorant huic
jam ante abnis nampe an. 1458. Rapersvillam se tutela
quatuor minorum Pagorum Helveticorum Orientis scilicet,
Suiticensis, Subfavianensis, et Glaronensis commisisse,
quod tutela jus paullatim in Supremum Dominium ex-
eravit, civibus magna privilegiorum suorum parte dam-
natis. An. 1531. Reverentissimi religionem suam
in hac Urbe stabilire conati sunt; verum post Capituli-
lem pregnam, ubi hi a Catholicis cladem acceperunt,
avita religio in ea restituta fuit. An. 1646. Patres
Societatis Jesu introducendum petierunt, quod ipsis denegatum
est.

Rapersvilla per quatuor praedictos minores Pagos
mansit usque ad an. 1712. tum enim eroto illos inter et
Tigurinum bellis Bernensiumque Pagos bellis occasione
Principis et Abbatis San-Gallensis bellis, hi urbem hanc
occupaverunt, qua in pax Aoviciensi eodem anno con-
clusa ipsis relicta fuit, salvis tamen Glaronensium, qui
hujus belli participes hanc fuerunt, juribus eisdem in
illam competentibus. Tum etiam Rapersvillensis

bus jura, quibus sub quatuor Pagorum Dominatibus penè exide-
rant, innovata et demò confirmata fuere, in ejus rei me-
moriam ipsi Urbis, sua portis hanc superposuerunt. Inscrip-
tionem: Amicus tutoribus floret libertas.

Rapersvillæ bini sunt Senatus Major scilicet et Minor,
illum 24. viri componunt hunc quindecim. Jus habent
vitæ et necis, nec à suis judiciis datur appellatio. Adest
etiam OB: Capucinarum coenobium. Ibi etiam, quò
admodum est memorabile, Laus ponte jungitur 1906.
passus longo et 12. lato. Clavis Structuram an. 1558,
cepit Albertus II. Archidux Austria cognomento Sapiens,
et aliquot post annis Rudolphus IV. et Leopoldus III. eam
perfecerunt. Unicum id illius vitium esse videtur, quòd
ipsius latera locis destituantur, siquæ, cum vehemens
spirat ventus, non sine periculo pertransitur.

In territorio Rapersvillensi multa Romana numis-
mata reperta fuerunt. Cum an. 1689. Victor qui-
dam Horreii fundamenta, proxime Urbem fodi curaret,
testam 12. liberarum ponderis invenit, in qua fuere
900. veteres nummi Romani, in quibus recitata erant
effigies Valeriani, Probi Claudii II. Aureliani et Severi-
nae conjugis illius, Probi, et aliquot triginta Tyranno-
rum. Cum autem ex historia constat hanc sub
Imperatore Probo regionem hanc fuisse devastatam,
verisimile est Richardum quemdam nummos hos,
quò eos militibus occultaret, in terram defodisse, ac
postea ipsummet interisse. An. 1690. eodem in loco
adhuc 1700. hujusmodi nummi effosii fuerunt. Me-
morabile etiamnum est, quòd in solo Rapersvillensi
exiguè rubidi Scorpiones occurrant, qui tamen nemini
noent.

§. IX.

De Comitatu Badensi.

Comitatus Badensis | in Dir Graffschafft Baden | Li-
mites habet ad orientem str Baden Bagum Tiguri-
num, ad australem Præfecturas liberas, ad occidentem
Bagum Bernensem, et ad septentrionem paulò ultra
Rhenum in Cetgoviã porrigitur. Longitudo ejus est
Sex miliarium, latitudo autem vix ad duo protenditur.

Inter optimas Helvetiæ provincias reputatur. Tres
Urbes complectitur, Badenam seu Thermas Superiores
illius Metropolitim, Forum Tiberii | Reichspruchl. | et
Cingenariam; ampliusque Oppidum, quòd inter Urbes
recenseri meretur, nempe Zurzachum, quòd etiam For-
um Tiberii nuncupatur; necnon celebre Ordinis Cis-
tericiensis Monasterium Maris Stellam, germanice

Wettingum dictum. à tribus navigabilibus fluviiis irrigatur Limnago hilitat, Rusa, et Arvola. Formenti frugumque Dives est, ac juxta Limnagum vi- neta occurunt.

Regio haec olim proprios Comites habuit, et jam à saeculo XI. nota est. Ab Ulrico Lenzburgi Comitem pertinuit. Ejus posteris extinctis ad Comites Habsburgicos, qui postea Archiduces Austriae facti sunt, pervenit. Anno 1415. Septem Veteres Bagi, nimirum Tigurinus, Bernensis, Lucernensis, Uriensis, Sviticiensis, Subsylvanus, et Tugiensis illam invidiosè Austriaco, quem Concilium Constantiense anathemate perculerat, Imperator Sigismundus proviperat, et imperio hos Bagos adversus ipsum excitavit, eriperunt, penes quos mansit usque ad an. 1712. tunc enim in bello intestino, quod quinque memoratis Catholicis Bagi adversus Tigurinos et Bernenses male cepit, hi eam occupaverunt, quae et ipsis in pace eodem anno Norvica conclusa relinqui debuit. Equidem quinque dicti Bagi Catholicis proborum istud et jacturam agrorum ferentes quae data occasione illius restitutionem urgent; at hactenus ludis coeuvare fabulam.

Comitatus iste olim in varia exigua Dominia divisus erat. Comes Aaperswillanus in eo ditionem habuit, in qua an. 1227. Maristellam Cisteriense Caenobium excitavit, et quidem in Solo, quod Monachorum Scheuensisium erat. Notatur hic

1. Zurzachum, quod etiam Forum Tiberii dicitur
1. Zurzach, et Zurzach: | amplum et pulchrum Oppidum unicum vetustissimum ad sinistram Rheni littus Val-Justam inter et Forum Tiberii | Blayfoss | Urbes positum, tribus, vel ut alii volunt, 5. Leucis Gallis ad Carorum ab hac ultimam Urbe.

Oppidum hoc famosum efficiunt Mundina, quae hinc singulis annis feria secunda seu Die Luna post Dominicam S. Trinitatis, et 1. Septembris ibidem celebrantur, ubi exiguo temporis spatio stupenda mercium copia distrahitur. Vetustissimum est, ac olim ibi Rhenus tribus jungebatur pontibus, qui jam à longo tempore sublatis sunt. Varia in eo extant antiquitatis monumenta, ut magna Romanorum numerorum copia, nemora ruinae veteris propugnaculi, quod unum ex quadraginta illis, quae Dorusus juxta Rhenum excitari coaravit, esse existimatur.

Utraque Religio Catholica et Evangeliana hinc aequaliter vigent. Ecclesia parochialis speciosa est, in eaque alternatim Protestantes et Catholicis officia digna celebrant. ad illius portas latus muris officinae laevi lapis erigitur, qui partem Inscriptionis refert, quae

7 Castello

an. 1535. adhuc integra erat, et quam Agidius Tschudius, qui tunc illam vidit sic exhibet:

M. Junio M. H. Volt. Certo
Dom. Vien. Veteran.
Mil. Leg. XIII. Gemina
Cortus et Amiantus
sui Haeredes fecerunt.

Hujus Inscriptionis occasione quidam crediti arbitrantur Certum illum, cujus ipsa meminit, fundatorem vel Tallium restauratorem hujus Oppidi fuisse, illudque nomine suo Cortiacum dixisse, ex quo deinde Zurzachum effectum fuit.

Frater Euleriam parochialem Zurzaci adhuc alia vatat, quae illa duplo major est et altior, ac olim fuit Euleria Monasterii Benedictini à Carolingis Regibus sibi dum fundati; anno autem 1251. Rudolphus Halzpurgius Constantiensis Episcopus illam Collegiatam et Monachos Canonicos fuit, quorum postea adhuc superant et pinguis formentur redditibus.

Oppido huic Dominatur idem Episcopus Constantiensis, in eoque jurisdictione duntaxat, extra tempus Annidationum, civili potitur, criminalis vero, ut et dum Annidatione durant, civilis penes Bagos supremos Comitatus Badenensis Dominos est.

2. Clingenavia | Klingnau, Klingnaw, Klingaw, Klingnaw, Klingnaw, Klingnaw, Klingnaw, et Klingnaw | Uobis exigua ad dexteram Arolae ripam sita militari ad Autum à Valdusta. In ea bina sunt Ecclesiae, quarum una parochialis est, altera Collegiata. Olim etiam adfuit Beneficium huius Domus Episcopi S. Joannis Jerusalemiani sive Melitensium, quod postmodum trans Arolam Lutgeram | Luchroon | positum est.

Extra Uobis muros adest Monasterium antichae Wilhelmitarum, quod jam à pluribus annis Monachi San-Blasiani possident. Proxima ad Arolam iidem Monachi habent Praeposituram, cujus redditus satis pingues sunt.

Clingenavia olim Baronibus de Clingen paruit, à quibus illam Eberhardus Constantiensis Episcopus an. 1260. emittit, et ad Successores suos transmisit. In ea residet Dynasta Episcopalis, qui illi jurisdictionem civilem duntaxat exercet.

3. Horum Tiberii | Kaysers = Kaysers, Kaysers, Kaysers, Kaysers, Kaysers, Kaysers, et Kaysers | Uobis supra collem posita ad sinistram Arolae ripam ubi ponte Custos ad alteram illius ripam colorato et Clatavia jungitur, mitia-

Agidius Tschudius
s. Tschudi | Notis Glaronensis, glaron Glarona natus perhibetur an. 1505. Emenlis Paris in Sorbona studiis in patriam reversus variis, usque eminentibus munis et legationibus tam apud Imperatorem Ferdinandum. quam alios Europae principes summa uenlaude defunctus est. Vir sua aetate eruditissimus. obiit an. 1571. ultima Februarii. Scripsit inter alia Opera Chronicon Helveticum ab an. 1000. usque ad an. 1470. quod primum an. 1734. typis vulgatum est Basilea curante Joanne Felin juris Utriusque Doctore.

floris
Tsch
gum
laude
partim
notia
anno 1511
is Lu
gians
entiam
sonip
t, equi
in cuin
dus fip
am cu
ra con
i fagi
ates que
t hact
ia die
n habet
solium
Sche
itur
cliam
Val
Uobis
llis
qua
post
in cele
nari
ae dicit
a lora
tigni
nomo
quod
thorum
in aq
t, in la
ia dicit
ans dicit
que

in Helvetia ad occidentem ab Eglitovia. Castrum illud quidam Ruffenbergam s. Ruffenberg vocant. Opinio est olim Romanos ^{hic} validum castrum propugnaculum, quo Germanos à Rheno trajectu auerant, illudque castrum Tiberii, cuius veteres Notitia meminerunt.

Antiquitas Urbis hae propriis Baronibus paruit, inter quos an. 1225. Rudolphus adhuc superstit, ab illis ad Barones de Regensperg parvenit, quorum Lutholdus an. 1294. Henrico II. Episcopo Constantiensi ea Baronibus de Klingenberg illam vendidit.

In Suprema illius regione prope illius portam extat vetus turris Solodurani per omnia similis. An. 1466. bello quod Tigurinos inter et ceteros Helvetios Bago vixerat, finis hae impositus est. An. 1530. Civis Confessionem Genevensis amplexi Calvinista facti sunt.

Episcopus Constantiensis in hac Urbe jurisdictione civili fovitur, quam ab ipso constitutus Dynasta administrat.

4.º Badena, Aqua Helvetica, Therma Superiores, Aqua Verbigena, seu Castellum Aquarum s. Baden sive Baaden; totius Comitatus Metropolis sita ad Limmagum s. Limmat flumen in planitie milliari Helvetico ad septentrionem à Bremorato. Satis pulchra est et medicoribus magna, necnon ab antiquitate sua, Thermis, privilegiis, et Comitibus, qua tredicim Bago Helvetici intra illius muros celebrare solent, famosa.

Primum originem suam et amplitudinem Thermis huius acceptas refert, quae jam aetate Christi Servatoris nostri vel saltem paucis post annis celebris fieri, quemadmodum Tacitus Hist. lib. 5. nobis testatum reliquit, ubi de hac Urbe ait, quod sit longa pace in modum inuicium extortus locus, amoenus salubrium aquarum uti frequens.

Plurima quoque in ea et prope eam inventa fieri monumenta, quae tot antiquae illius magnificentiae sunt vestigia. An. 1420. cum magnus Thermarum fons aperiretur, quaedam Ethnicarum divinitatum figurae fuerunt re-
perta, quaedam Alabastrina Romana Statua, et quamplures aerei et aevi Imperatorum Augusti, Claudii, Germanici, Commodi, Antonini, Vespasiani, Aurelii, Severi, Alexandri, Deii, p. effigibus signati nummi. Haec quippe Superstitione tenebantur Ethnici, quod nummos in Lacus et flumina projiciendo Superis aquarum, Sylvaram, agrorum, et vicinorum montium divinitatibus cultum exhibere putarent. Ibidem etiam Idola fuerunt inventa. An. 1553. Villanus quidam, dum agrum suum araret, unam aratro detexit veteribus nummis plenam. Permultae etiam Ethnicae Inscriptiones in hac Urbe extant, inter quos hanc subijcere placet:

M. Aurelio Antonino
Cæs. Imp. Designato
M. L. Septimi Severi
Pertinacis Aug. Fil.
Aesp. Aqu. Aquensis

In hac Urbe binæ sunt Ecclesie, una in planitie
posita est, et B. V. M. dicata estque simul Collegiata,
altera locum sublimem occupat, et S. Nicolai dicitur.
Adest etiam Capucinatorum Coenobium, et propè illud
Basilica seu Curia Civilis, in qua non modo Urbis Sena-
tus, sed et Cæsarum seu, ut vocant Cantorum Legati in
peculiaris et ad hoc pretiosè comparato conelavi con-
gregantur.

Badenses fervidi sunt Catholici ita, ut nullum aliud
divinum officium in hac Urbe tolerant, præter Catho-
licum. Ubi autem an. 1712. Sigurinis et Bernatibus
se dedere coacti fuerunt, tunc plenam in pace Aro-
viansi Urbis adepti possessionem sibi extra muros
Templum adificaverunt, in quo tam ipsorum Dynasta
quam Legati officia divina ad religionem suam
comparata frequentant.

An. 1526. hæc religionis colloquium institutum fuit
inter Habrum, Echium, et Legatos Episcoporum Basi-
licensis, Laufamennis, Curviensis, et Constantiensis et una
parte, et Ocolampadium una cum suis Collegis ex al-
tera. ~~inter ipsos~~ Cæterum Urbs hæc in recen-
tibus historicis monumentis etiam sibi locum vindic-
cat, quod an. 1714. 7. Septembris in ea pace, qua B. martii
eiusdem anni Radstadii Imperatorem et Imperium
inter ac Regem Gallie pacis et velut privatim con-
clusa fuerat, cum omni solemnitate confirmata et
promulgata fuerit. In hujus pacis instrumento Urbs
hæc Badena in Argovia: Baden in Ergau: nuncupa-
tur.

Therma que Urbi huic tantam conciliavere celebri-
tatem, exiguo milliario quadrante ab ea distant ad utram-
que limmagi ripam posita. Dua dexteram hujus flu-
minis ripam occupant, exigua sunt in parvo pago colle-
cata; Majores vero et celeberrime, sinistram tenent etique
jungitur elegans Oppidum pulchris aedibus ornatum, ita
ut verè altera Badena vel saltem Superbum illius
Suburbium nuncupari mereatur. Collem occupat,
cujus declivitas admodum scabrosa est. In eo Templum
est SS. trium Regum seu Magorum honoribus dicatum.

110
Ibidem in hospitibus et privatis domibus usque 60. balnea
numerantur, in qua per canales aqua deducuntur. In
mediis oppidi adhaerent etiam publica balnea, quibus pauperes
et egeni gratis uti possunt, vocantur S. Verena Balnea.
Aqua in his omnibus balneis tres habet caloris gradus, nec
non sulphure, alano, et vitriolo impregnata est, variis-
que morbis medetur. p.

S. Wettinga seu Maris Stella [Wettingen:] Conobium
Ordinis Cisterciensis Semimiliari supra Badenam ad Sea-
teram Limmagis ripam, ubi navis vectoria est [Käse:] loco
amoeno in extremitate magni campi, ubi exiguam penin-
sulam, quam Limmagus efficit, occupat, situm.

Fundatum perhibetur an. 1227. ab Henrico Comite Rago-
villano, qui, ut narrant, cum ab oriente à bello adversus
infideles Mahometanos domum regressus, a praesenti
vita periculo post invocatum B. V. Mariam apparitione in-
suetae Stella liberatus fuisset, se in perpetuam huius gran-
dis beneficii memoriam in honorem ejusdem Sanctae Dei
genitricis Monasterium edificatum vovit. Igitur
à Monachis Schenensibus eunto fundo ibidem Conobium
aedificavit, quod huius mirabili occasione Maris Stella
ab ipso vocatum est. Illud deinde variorum aliorum
Nobilium virorum liberalitate multis praediis auctum
est. An. 1221. Duo Comites Kyburgici eidem aliquot
agros dederunt eâ conditione, ut Monachi Limmagum
ponte jungerent, quod hactenus observatum fuit, neque
enim ibidem nisi navi vectoria seu, ut ajunt, ponte
auctoris trajicitur, qui forti et vastitudine sua brachi-
um aequante fume eidem alligato ab uno fluminis ripa
ad aliam trahitur.

Fundator primos huius huius Monasterii Monachos à Sale-
mitano Sueviae Ordinis Cisterciensis Arcebis accivit, qui-
bus Abbatem praefecit Conradum, cuiusque variorum sum-
morum Pontificum et Imperatorum privilegiis donatum
fuit, eaque tam in spiritualibus quam temporalibus bonis
sumit incrementa, ut penaelebre evaserit; multique vi-
cini Nobiles plerumque in eo sepeliri voluerint, quod ho-
diernum adhuc testantur illorum insignia sepulchralibus lapi-
dibus incisâ. cernuntur etiam hic cenotaphia septem
Comitum Habspurgicorum; item examine corporis Alberti,
Imperatoris à Rege suo Joanne Sueviae Duce intercessis
an. 1308. interuenti huc delatum terra mandatum fuit,
quod postmodum iussu Henrici VII. Imperatoris Spiram trans-
latum ibidem in Caloria Cathedrali in Romanorum Imper-
atorum tumulo conditum fuit.

Conobium hoc tamen haec temporis multum antiqui
splendoris huius deperdidit; anno quippe 1246. et 1507. to-
tum in flammâ abiit. unum praecipuum documentis huius.

Denique ubi Dwinglianissimus in Helvetia sepece cepit, integri pagi penitus exisi, praecipui proventus erepti, vel usi partio extorti; tandem an. 1529. Abbas ipse Georgius Müllerus et conventuales illum cento annis et abjecta religione Catholica amplexi sunt; verum an. 1541. coris prope Capellam Tigurina, hi apostata fugam capesserunt, tumque Pagi Catholici novum abbatem novosque Cistercienses Monachos in eundem introduxerunt. Postmodum Abbas Paulus Schmidius de Baur-Tugiensis, qui 30. annis eidem praefuit eundem antiquo splendore restituit, fulget adhuc hodie sub clientela Bavorum seu Cantonum in Civitate Basensi dominantium.

Prope Monasterium istud extat Oppidum Wellinga [Wellingan]: dictum, a qua Germanicum nomen suum trahit. Oppidum hoc ~~Monasterio~~ Henricus Comes Raperwil-lanus ab Hartmanno Comite Kyburgensi unicum omnibus ad illud spectantibus emit, et Monasterio huius vicinis a se fundato tradidit.

Oppidum istud vetustum est, pulchraque et pretiosa antiquitatis monumenta in eo reperta fuere. In Ecclesia Campanili hac Inscriptio lapidi incisae legitur, qua prodit Templum eam fuisse Deae Isidi consecratum:

Dea Isidi Templum a Solo
L. Annusius Magianus
De suo posuit Vir Aquensis
Ad cuius Templi ornamenta
Alpina Alpinula Coniunx
Et Peregrina fil... XC. dede-
runt. L. D. D. Vicarorum.

* Isis Dea Aegyptia, videtur eandem esse ac Io graecorum et Cybele Phrygiorum. quibus terra seu natura intelligitur. Isis dicta fuisse Regina Aegypti, qua unicum viro suo Osiri circa annum Mundi 2500. ante Christum 1500. cognovit. Navium fabricam adinvenisse dicitur, unde non modo terra sed maris Dea dicta fuit. Romani illius cultum in Germaniam et Helvetiam attulerunt.

An. 1633. 22. Augusti in parva Silva prope Oppidum istud testa reperta fuit, qua verisimiliter ante 1300. et quod exuroit, annos ibidem defossa fuerat: repleta erat nummis argenteis Gordiani, Maximini, Maxentii, Maximiani et Constantini Junioris Imperatorum effigies referentibus. Item sex argenteae Scutellae unicum aliis quibusdam vasis, qua procul dubio in Templo Isidis usitata fuere: circum unum ex his vasis figurae Septem Ethnicarum Divinitatum opere celato conspiciuntur scilicet Sol, Luna, Mars, Mercurius, Jupiter, &c. quolibet earum unicum Symbolica figura avis, qua illam exhibet. Unius Scutellae haec insculpta leguntur: Mercuri Mani. aliarum ignoti sunt characteres. Omnia vasa haec et nummi 14. Marcas et 11. Unias pendebant. Difficile admodum est edicere, quocumque sa in terram defossa fuerint; verisimile tamen est, quod, cum Barbari, qui saeculo V. Galliam invaserant, irruptionem quoque in Helvetiam pararent, Wellingenses Isidis

7 ut
Sacerdotes vasa icta et nummos sua securitatis gratia
in terram defoderint, ac postea ab Barbaris intercepti fuerint,
quo factum, exiguus hic thesaurus hucusque omnibus igno-
tus delituerit.

S. X.

De Comitatu Rorensi seu Libero
Graefenstadii.

Comitatus Rorensis (in die Graefstätt Roor seu Roror.)
Longa satis sed angusta regio est sita ad occidentem Rura-
bagos Bernensem inter Tigurinum. Ejus longitudo est sex
ciriter Leucarum galicarum, latitudo duarum à Ma-
yembirga Mellinam usque.

Antiqui Rorenses Comites, inter quos Landolus et Ernes-
tus Saulo XI. floruerunt, sedem suam Rorica habuerunt;
iis extinctis hic eorum Comitatus an. 1007. ad Comites Al-
tenburgicos, qui postmodum Habsburgici, ac demum Archi-
duces Austria nuncupati fuere, pervenit, penes quos per-
mansit usque ad an. 1415. quo Archiduca Fredericus à
Concilio Constantiensi anathemate percussus, et ab Impe-
ratore Sigismundo proscriptus, omnibusque suis Domi-
niis exutus fuit; tum enim Helvetii ab eodem Impera-
tore excitati, ipsius ditiones, quas in Helvetia possi-
debat armis sibi affererunt; Speciatim vero Lucer-
nenses Comitatum hunc occupaverunt, cujus condomi-
nium ceteri sex veteres pagi etiam obtinuerunt.

Anno 1529. novem hujus Comitatus Communitates
Lutherianismum amplexae sunt, et armata manu no-
vum Sublyvanicum Praefectum ab ingressu regio-
nis sua arceverunt, hincque belli Capellensis praebue-
runt occasionem, in quo Tigurinis adversus quinque
Catholicos Pagos astiterunt; verum post pugnam
Capellensem, in qua Catholici victores fuerunt, ma-
gnâ pecuniarum summa mulctati ad Catholicam
religionem reducti fuerunt.

Anno 1653. rebellantibus Austriis se junxerunt, sed
advenientibus Tigurinorum, Bernatum, et Lucerne-
sium copiis, ipsisque Austriis prope Wolenswilam
(Wollenschwil) haud procul à Mellinâ pagum
profligatis, mox ad officium redierunt.

Annis 1656. et 1712. quibus bellum intestinum fuit
Tigurinos et Bernates inter ac quinque Catholicos Pa-
gos, in hoc Comitatu rapinis et incendiis grassatum est,
ac Speciatim an. 1712. illum Tigurini et Bernates
post praelium Villmeringense, in quo Catholici cæsi
sunt, occupaverunt, ac in pace mense Augusto ejus-
dem anni Aoviae inter ipsos conclusa vi Secundi illi-
us articuli à Lunkrofa (Lunkrofa) Fraxan-

gam | *Kapfswangem* | inque ducta linea in binas partes
divisa fuit, quorum Inferior Tigurinis et Bernatibus,
Salvo tamen Glarouensi, qui in hoc bello nullam ha-
buere partem, in illam eorum jure, cessa est. Superior au-
tem, in qua Murese (Carnobium situm est, septem Vate-
ribus Pagis relicta fuit.

Comitatus iste praeter Mellingam, Bremocartum, ad
usum portus urbes, Brunecum Castrum, et Monasteria
Murese, Vallem Gratiarum, et Hermetis villam, com-
plectitur tria magna Oppida scilicet Meyenbergam,
|: *Möyzenberg* |: Verbigemum |: *Niefen* |: Villam Infe-
riorem |: *Nindrowyl* |: et multos vicos, inter quos celebra-
tur Vilmerga ob bina proelia ibidem annis 1658. et 1712.
iuta.

Horum mox memoratorum trium Oppidorum quodli-
bet antehac liberum erat et à nemine pendens, unde
ab ipsis totus Comitatus, antiquato velut proprio nomine,
Libera Praefectura dictus est, sicque hodieum adhuc
communiter vocatur. Notari huc merentur

1.° Brunecum |: *Brunoght* seu *Branoght* |: Castrum
montanum unicum territorio, milliari gallico circiter
ad Septentrionem à Mellinga distans. Olim propriis
ejusdem seculi nominis habuit Dominos, qui jam a mul-
tis saeculis desierunt. Postmodum Nobiles de de Gese-
ler illud possederunt. An. 1418. Bernates et Solodurenses
illud occupaverunt, à quibus Joannes Rudolphus Segesser
Nobilis Lucernensis ipsum emit, cujus nomen posteri
ejus sui addiderunt.

2.° Mellinga |: *Mellingam* |: Urbs exigua sed comita
in solo ameno ad ripam Rura, qua sublimis ponte ibidem
jungitur posita milliari germanico versus Aquilonem
à Bremocarto, et duobus ad Lucernotum à Lengburgo,
et totidem ad Austom ab Aquis seu Badenà.

Anno 1712. in pace Arovensi Tigurinis et Bernatibus
cessa fuit, cum prius octo vateribus Pagis pareret. In-
cola Catholici sunt. An. 1529. suam Bullingeri Missam
et Romano-Catholica divina officia abolerunt; at an.
1531. post proelium Capellense mutato consilio eundem
Bullingerum Urbe eiecerunt, et ad Catholica sacra re-
versi sunt, quo ad hanc usque diem timentur, quamvis
duobus Protestantibus et totius Helvetiae potentissimis
Pagis subjeti sunt. Quibusdam gaudent privilegiis,
proprium habent Praetorem et Senatum Majorem et Mi-
noram, ibidem 18. istum 3. viri componunt, qui jure
vita et necis ~~gubernant~~ fruuntur.

3^o. Bremocartum | Bronngaston :| Uols ad Rusam, quae illam ad tria latera cingit ac ponte jungitur, sita milliari Germanico versus Austrum à Mellinga. Bifariam dividitur in Superiorem, quae in colle posita est, et Inferiorem, quae Rusa litus occupat. Satis ampla est et comita necnon opportuni collocata ita ut munitione fieri possit, quippe quae, ut mox dictam, ad tria latera flumine prematur. Ob loci amoenitatem, fecunditatem et situm munitioni aptum hic ad ripam Rusa prima Romanorum castrorum fuisse existimantur, quod inde Prima Guardia nuncupata fuerit.

Bremocarti frequens est mercium negotiatio, ac magnum adest Chartae seu Papyri opificium. Circa Religionem Catholicam profitentur. Equidem Henricus Bullingerus eos an. 1529. ad Zwinglianum adduxerat, at an. 1532. post pugnam Capellensem, in qua Zwingliani fuisse profligati, demum autem Religionem amplexi sunt. Sub Supremo Bavorum, quibus immediate subduntur, dominio eximie gaudent privilegiis, à plerisque vestigialibus, et jurisdictione libera rem Dignitatem Præfecti sunt immunes. Proprium Prætorum Majorem et Minorem Senatum habent; vicini quidam vicii eis subeunt, in quibus jurisdictionem civilem exercent, criminalis vero ab an. 1429. ad Tigurinos pertinet. Extra muros B. Capuini habent Conventum.

Bremocartum olim Uols Imperialis fuit, postmodum vero Domini Habsburgico Austriaca paruit. An. 1415. Bagi Habvetici ab Imperatore Sigismundo adversus Fridericum Austriacum instigati illam occupaverunt, ac postmodum eidem restituerunt. Tandem an. 1443. iidem Bagi obdormerunt Sigismundo adversus Fridericum Austriacum in bello, quod adversus Tigurinos et Austriacos gesserunt, demum illam obsederunt et obtinuerunt. Anno denique 1712. in bello intestino quod inter quinque Catholicos Bagos et Tigurinum Bevenensemque Savit, hi illam obsederunt et obtinuerunt, quibus in pace Avovisuri eodem anno conclusa privatim relicta fuit.

Westio viciter à Bremocarto lapide versus Aquilonem extat Monasterium Monialium Ordinis Cisterciensis Vallis gratia | Gnadon Hsal :| Dictum an. 1371. à Nobilibus De Wellen et Walterschweyl fundatum.

Nec etiam procul ab ea occurrit aliud Monasterium Ordinis S. Benedicti Canobium Hermetis Villa | Heim Ho- man Spiegel | seu Hoimat Spiegel, et Hoim Spiegel :| Dictum. Illud Rusa cingit, situmque est prope eundem Scun- nominis Vicum. Primitus Moniales istae prope Mu- rense Monasterium Domicilium habuerunt, ubi à Mona- chis separatae Deo servierunt, et quò circa an. Dni 1082.

115
à Gisleberto S. Blasii in Sylva Nigra Abbate cum alijs sui Conobii
Monachis, quos Wernharus Comes Habsburgicus acceperat,
missa creduntur. Denique an. 1178. huc translata sunt,
ubi sub dominio et directione Principis et Abbatis Murensis
Deo famulantur.

39. Vilmeringa [Vilmrogon, seu Vilmrogon:] Vicus mil-
liari germanico versus occidentem à Bremocarto distans. Ei-
dem olim dominati sunt Nobiles ab eo de Vilmeringen
dicti, quorum ultimus an. 1267. adhuc superstit. Vicus
iste notus est à binis praelijs Bernates inter et quinque
Catholicos Bagos inter nimirum an. 1050. ubi illi ab his
fusi fuerunt: item an. 1712. 15. Julii, in quo Catholici 2000.
suorum desideratis devicti sunt.

40. Muri [Muri seu Mür:] Celeberrimum et prin-
cipale necnon opulentum Ordinis S. Benedicti Monas-
terium Murense dictum, ad naturigenam Bincii [Bintz:]
fluvii, et prope ejusdem locum nominis vicum duabus leucis
galliis versus Austriam à Bremocarto positum. Fundatum
perhibetur à Radebotone Altenburgensi postea Habsbur-
gensi Comite ad instantiam Wernheri Episcopi Argenti-
nensis fratris ipsius, qui de suo ad illud haud parva contulit,
et Ittha Lotharingia Ducis filia conjugis ipsius ex bonis
suis dotatibus Warmanno tunc temporis Constantiensi Epis-
copo pium illius consilium multum probante. Prima
moleculo Operi manus an. 1025. admoda fuit, quod an. 1027.
absolutum est, ac in illud à Monasterio Einsidensi, quod
tunc Cella S. Meginardi vocabatur, acciti Monachi, in-
ter quos Regimbolus primus illius Praepositus fuit animae
virtutis vir. Ei an. 1055. è vivis sublato successit
Burkardus è Baronum Goresensium familia ex eodem Ein-
sidensi Monasterio submissus. Is Ecclesiam à Regim-
boldo praedecessore suo coeptam, operam ferente Wernharo
Radebotonis filio, perfecit, quam honoribus S. Martini
dicatam an. 1064. 11. Octobris Arnoldus Constantiensis
Episcopus per multis Nobilibus ac etiam Comites et
Principibus praesentibus consecravit. Mortuo Burkardo
è Disestiniensi Conobio huc evocatus fuit Udalricus et Ab-
batiali mitrà decoratus. Cum sub eo regularis
disciplina Muri labasset, idem Wernharus Comes
Habsburgicus è S. Blasii Cella Monachos à Gisleberto
ibidem Abbate cepit, qui Conobium suum reforma-
rent, in eoque severiorem restituerent disciplinam mo-
nasticam; us an. 1082. advenientibus Udalricus spontè
clavo lesit ac Disestinam rediit: ipsi vero illius loco
Luitfridum in Abbatem suum elegerunt virum vita sanc-
titate et miraculis clarum, qui an. 1096. pie obiit.

nihil scet.

Monasterium istud sub clientela Domus Habsburgico-
 Austriacae multis annorum praediis et redditibus feliciter
 subsistit; et sub initium saeculi XIV. Frederico Austriaco et
 Ludovico Bavaro pro Imperii coronâ pugnantibus, et totam
 penè Europam ferro flammisque populantibus, hos bello-
 rum impetus et ipsum graviter sensit, ac penè in ruinas con-
 cidit, praesertim an. 1310. Helveticam civitatem libertatam
 contra Praefectos Austriacos armata manu tutantibus,
 Murenses quòd à Fundatoribus suis starent summam in-
 gratitudinem rati, si benefactores sui Austriaci ab ipsis
 Deserentur, illis conventibus una et ipsi conveniunt.
 Tandem compositis bellorum turbis sub Henrico III. et IV.
 Abbatibus pax rediit, à quibus et Monasterium restaura-
 tum fuit. Denique an. 1415. Helvetiam ab Imperatore
 Sigismundo adversus Fridericum Austriacum excitati, in-
 ter alias, quae ad illum in Helvetiâ pertinebant provin-
 cias etiam Comitatum Rovensum seu Liberas Dynantias
 vel Praefecturas occupaverunt: tum Abbas Georgius de
 consensu dicti Imperatoris, et confirmatis ab ipso Monas-
 tarii sui privilegiis ac immunitatibus antehac à variis
 Imperatoribus et Austria Ducibus obtentis illud clien-
 tela Sen Vatarum Bagorum Helveticorum Tigurini nampe,
 Lucernensis, Suintianensis, Subsilvanicensis, Tugianensis, et Glaro-
 nensis commisit; id factum est an. 1431. quibus postea
 et Uriensis accessit; Sicque ab eo tempore Mu-
 rense Cenobium sub horum Bagorum praesidio et tu-
 tala feliciter quiescit, donec saeculo XVI. novum
 Zwinglii Evangelium per Helvetiam propagari coepit,
 tum animi Murenses multis calamitatibus ab huius Evan-
 gelii Sectaribus afflictis fuerunt, sociis ab ipsis quo-
 minis quâ blanditiis pulsati, ut ad suas transirent par-
 tes, invictis tamen animis pro avita Religione steta-
 runt, nullusque eorum ad ipsorum sacra se adduci pos-
 sus est, quia ab Abbate ex ipsis suis Monachis Tigurorum
 Destinati Daniel Schottus et Thomas Lärchlinus
 contra ipsum novum Evangelistam Zwinglinum de fide
 certaturi. At Tigurini veriti ne pugiles hi vincerent,
 armis potius quam verbis rem conficere statuerunt; ac
 primum Monasterium istud vi occupaverunt Monachis
 inlimentar habitis, rerum an. 1529. supervenientibus
 Lucernensibus illud mox deseruerunt. Anno 1531. Ber-
 nates illud cepilarunt et incendierunt: at post pugnam
 Capellensem, in qua Catholici victores fuerunt, Senno
 restauratum est, et ab eo tempore sub grato Catholicorum Ba-
 gorum praesidio et clientela tanta sive in spiritualibus
 sive in temporalibus sumit incrementa, ut inter prae-
 cuae et opulentissima non modo Helvetiae, sed et Germaniae

niae ordinis S. Benedicti Monasteria recenseri mereatur.

Equidem an. 1712. quo bellum fecit: quinque Catholicos Pagos inter et Tigranum et Bernensem, hi ibi occupare, nihil tamen hostile ab illis in eo patratum fuit. Viri Scientiarum et morum virtute claris abundat. an. 1701. Imperator Leopoldus I. cognomento Magnus ibi Abbatem S. R. G. Principem creavit. Monem accipit à veteribus muris cujusdam Templi Urbani, vel antiqui Romanorum propugnaculi, qui ibidem reperti fuerunt.

SXI.

De Praefecturis

Moratensi, Scherzauzenburgensi,
Grandisoniensi, et Uobensi.

Haec Praefecturae sitae sunt intra limites Pagorum Bernensis et Triburgensis, si Grandisoniensem excipias, quae inter lacum Neocomensem et ejusdem nominis Briniga- tum posita est. Eisdem communiter Dominantur Bernenses et Triburgenses, ac alternatim Praefectos seu Dynastos mittunt. Brevisiter singulas expendimus.

I.

De Praefectura Moratensi.

Praefectura Moratensis (i. d. Landvogtort von Müstou vel Müstou, Le Baillage de Morat) sita est ad riam ab Aventico versus Bernam, et ad Septentrionem, Occidentem ac Austum Bernensi Pago cingitur, ad Orientem vero Triburgensi jungitur. In ea binae vigent Dialecti, Germanica Siliat et Gallia sive, ut ajunt, Romana, illa in orientali et Septentrionali plaga est in usu, ista vero in occidentali et Australi. Habet vinea, quae vinum mediocre profert, agros, vitata, Libros et paludes. Ardet etiam lacus, qui Aventicus vel Moratensis dicitur miliarum cum dimidio longus et unum latus, ac 25. Orgyas profundus. Pisces, quos continet, Saporatioris sunt quam pisces lacus Neocomensis, quamvis hi duo lacus non procul ab invicem distent. Notatur hic

Moratium seu Moratum (i. Müstou, Müstou, Morat) urbs mediocriter magna et opulenta ad riam ab Aventico versus Bernam posita in litore lacus cui quae admodum Praefectura nomen impetit, ferme miliarum Germanicis versus unum ab Aventico.

In binas partes dividitur, quarum una, quae Ripa (i. La riva) nuncupatur, litus Moratani lacus occupat; altera eminentiori loco posita planitie aequata coarctatur. in hac vetus Castrum occurrit Praefecti provincialis sedes, quod a tate Ludovici Pii Imperatoris circa annum Chr. 815. civitatem fuisse dicitur.

119

Sub Burgundica legibus Urbs haec incrementa sumisit, et post obitum Rudolphi III. ultimi Burgundiae Regis sororis ipsius filius Otto Campaniae Comes, qui sibi vacuum istud Regnum arrogabat an. 1032. vel 1035. illum occupavit, ac Conradus II. Imperatori illam cum toto Burgundiae Regno cedere coactus est. Postmodum Comites Sabaudiae eam obtinuerunt, quibus Rudolphus I. Imperator Habsburgicus eam illam eripuit, ac Imperio asseruit. Attamen deinde ad Sabaudos Rotundi montis (Romont) Comites percessit rediit retentis tamen, quibus jam tunc gaudebat privilegiis et iuribus. an. 1333. apud Bernenses jus civitatis obtinuit, et an. 1351. perpetuo foedere ipsis iuncta est. Cum an. 1475. inter Rotundum Comitem & Montis et Hagos Bernensem et Friburgensem bellum exortum esset, Urbs haec se ipsis dedit, servatis sibi tamen immunitatibus suis, quia vero Comes iste apud Carolum Burgundiae Ducem Praetorii seu Aulae Praefecti munere fungebatur, illum aliunde jam Bernatibus offensum facile induxit, ut an. 1476. cum ingenti exercitu, centum armorum milia fuisse ajunt, illam obsideret, et postquam per aliquot hebdomadas eam tormentis bellicis et assultibus pulsasset, tandem ad ~~proprietatem~~ Helvetia cum 30000. Sub Renato Lotharingia Duce advenientes Helvetii ante Urbis portas Carolum profligarunt ac in fugam vestierunt dederatis suorum 30000. qui partim caesi, partim in laeam acti, et partim capti fuerunt. Omnia exercitus ipsius impedimenta et bellica instrumenta victoribus caeperunt; hinc Muratum pene binos pagos Bernensem et Friburgensem mansit, refusus tamen ceteris septem veteribus pagis ob praestitas suppeditas 20000. florenorum.

Sub initium anni 1530. Communio Genevensis Suffragiorum pluralitate Murati acceptata fuit presentibus Legatis Bernensibus et Friburgensibus, qui, ut huic actui interessent, missi fuerant, statimque totius Praefecturae hujus incolae Muratensium secuti exemplum Calvinianum professi sunt.

Broja seu Brolium (der Broje) fluvius e laeo Muratano erumpens velut aquaductum efficit ad milliara ponctum, qui in laeam Neocomensem influit, quod fit, ut Murati frequens vigeat commercium, quoniam huius Aquaductus ope à Muratà in Neocomensem seu in Elrodunensem et ab hoc Neocomum, à Neocomo in laeam Biennensem, deinde in ~~Ab~~ Arolam et ab Arola in Rhenum navigia transire valet.

Ad Septentrionalam Lacus Mastani litus et versus occiden-
dem à Broja occurrit ingens palus, quae tres vicinos Lacus is-
tos attingit et cuius ambitus est quatuor miliarium.
Ubi Broja abocum suum supergrediens extra ripas diffilit,
tum palus haec adeò inundatur, ut tres hi Lacus unicum
efficere videantur; unde verisimillimum est, antiqui-
tatis ipsos etiam unicum fuisse lacum. Singulis
quinque annis pagi Bernensis et Triburgensis alter-
natiim huc mittunt Praefectum provinciale.

II.

De Praefectura Schwarzen-
burgensi.

Praefectura Schwarzenburgensis alias etiam Nigrum
Castrum: | Dir Land=Kriegtrij Deswartzenburg seu Opf-
wartzenburg: | Sita est in Vando Pagos Bernensem
inter et Triburgensem ac inter Sensam seu Singinam
| Donsr seu Diginur: | ~~fluvios, quos~~ et Nigram Aquam
| Deswartzenwaffel: | fluvios, qui eadem limitum loco
sunt, prior ex parte pagi Triburgensis, alter ex par-
te Bernensis, ac ubi iunguntur illam finiunt.

Eius longitudo à Septentrione ad Austrum est duo-
rum miliarium Helveticorum, Latitudo unius. Sex
vel septem continet parochias in quibus singulis varii
vici occurrunt. Antehac ad Domum Sabaudia-
cam pertinebat, à quibus an. 1427. emtionis titulo ad
Bernatos et Triburgenses pervenit, qui singulis quin-
que annis alternatiim per Satrapas eam regunt. No-
tatur hic duntaxat

Schwarzenburgum, seu Nigrum Castrum | Deswartzen-
burg: | Oppidum Praefecturae Caput, à quo nomen sortit-
tur, quatuor vicibus miliaribus Gallicis versus Euron-
tum à Triburgo. In eo Castrum est Sedes Satrapae.

III.

De Praefectura Grandisoniensi.

Praefectura Grandisoniensi seu Grandisonensis: | Dir
Land=Kriegtrij Grandson, Le Baillage de Grandson: |
Sita est inter Principatum et lacum Neocomensem.
Exigua est, ac eius longitudo ultra milliare Helvetic-
cum, latitudo autem ultra germanicum non poterit
situr. Olim Baronatus erat, propriisque Barones
habuit jam saeculo XI. potentes, et quorum aliqui apud Au-
gustae reges tanta potuerunt auctoritate, ut in Regno
ille Episcopatus adepti sint. Ex his etiam Lambertus
an. 1089. Lausannensis, Arnaldus ab an. 1219. usque
ad an. 1260. Genevensis, et Otto an. 1305. Basileensis Epi-
scopi fuerunt. Huius prosapia. Ultimus Otto an. 1400.

Duello interit. His extinctis Principes Cabillonenses regionem
 hanc possederunt, quae in bello Burgundico ab Helvetiis
 ipsis crepta fuit, et nunquam restituta. In Ulti-
 mis eius finibus olim extitit Casthusianorum Conobi-
 um Monasterium lanceae. | L'Abbaye de la Lance: | Dic-
 tum, anno 1317. fundatum, quod in Religionis resolu-
 tione, eicetis Monachis, iudam Bernensi familia Tribol-
 etonum | Tribolatz: | venditum fuit. Incola Con-
 fessionem Genevaensem sectantur. Notari meretur

Grandisonium, seu Gransonium | Granson, Gran-
 son: | Urbs exigua sed antiqua ad occidentalem Lacus
 Neocomensis ripam in colle versus eundem lacum de-
 vergente sita, mediari Germanico ad Septentrionem
 ab Ebroduno. Illius conditor ignoratur. Verisimi-
 le est illam antiquitus ampliore fuisse quam nunc
 sit. In Urbis huius extremitate positum est Castrum
 usque ad Lacus ripam porrectum. Chronicon Vaudense
 quidam memorat Castrum hoc an. chr. 815. a quodam
 Gallo conditum fuisse, verum quia Chronicon istud
 non ubique fidem meretur, hinc id facile revocatur in
 Dubium.

Ubi bellum inter Carolum Burgundiae Ducem cogno-
 miento Audacem et Helvetios erexit, hi an. 1475. Ur-
 bem hanc occupaverunt: at anno sequenti idem Dux
 illam assultit, urbem vero pacis conditionibus demum
 recepit, quibus tamen minime stetit, verum 400. alii
 dicunt 500. plerumque Bernenses et Triburgenses, qui
 ibidem possidens fuerant, contra datam fidem partem
 suspendio partem. aquis suffocavit. At mox perfidiae
 suae poenas dedit, enim vero paucis post diebus advenientes
 Helvetii illum proelio devictum in fugam egerunt, urbem-
 que recuperaverunt. Victoribus omnis belli apparatus cessit
 in praedam unacum ingenti thesauro; ac inter alia qui-
 dam Gregarius miles sub armis aliquo ingentem adamantem
 invenit, quem quidam Eubeniasticus pro florenis dedit, is post-
 modum illum alii pro tribus florenis vendidit, deinde Ber-
 nensis quidam eundem pro 5000. florenorum emit, et Ge-
 nevensi Mercatori pro 7000. ff. vendidit, cui pro illo Dux
 Mediolanensis 11000. Ducatos seu aureos dedit, et tandem
 Julius Caes. II. pro 20000. aureorum summa illum obtinuit,
 atque Capati Thiava inseruit. Quidam ajunt adaman-
 tem hunc illum ipsum esse, qui in Magna Eturia Lucis
 gazophylacis observatur. alii dicunt Comites Suggeros
 illum possidere tantique, quanti Regnum aliquot ab
 ipsis aestimari.

«Dua
 i que magno mar-
 garita pendebant,

Gransonii dem Graniscanorum (canobium, et Bene-
dictinorum Prioratus extiterunt, prius in Granarium et
Salinarium conversum fuit, vltro vero in ludum litterari-
um pro iuventute, illius Ecclesia parochialis facta est.

IV.

De Praefectura Urbensi.

Praefectura Urbensis: Die Landvogtzig Osbo, le.
Baillage d'Osbe: in Vando sita. Angusta est sed satis
longa, necnon versus Austrum ultra duo millia Hel-
vetica protenditur. Praefecturae Ebrodunensi, Roma-
ni monasteriensi, Morrensi et Lausannensi claudi-
tur, et Gransonensis ipsa à Principatu Neocomensi se-
parat.

Helvetii Imperato Carolo Burgundiae Duce illam sibi
subiunxerunt, ac in pace cum Comite Sabaudiae an. 1476.
conclusa Pace Bernensi et Friburgensi valida fuit.
Incola partim Catholici sunt partim Zwingliani seu
Calvinista. Notatur hic

Urbigenum, live Urba: Osbo, Osbo, Osbo, et Osbo:
Urbs speciosa et mediocriter magna Caput Praefecturae,
ui nomen tribuit. Amoenus locus et paulo eminentiori
ad Urbam: Osbo: fluvium, qui ibidem ponte lapides jun-
gitur, sita est duobus miliaribus à Jura pro monte, et
uno ad Africum ab Ebroduno. Antiquissimo, et, ac
quidam Scriptorum valde probabiliter autumant, illam
metropolim fuisse pagi Helvetiae, qui cum ipsa in quatuor
Iuntas pagos divisa erat, Urbigenus dicebatur. Alii
arbitrantur Urbigenos Caesaris Agovia Incolas esse. Quid-
quid ea de re sit, Urbigenum seu Urba sub veteri Fran-
corum Monarchia floruit. Prima et Secunda Stirpis Re-
ges in ea habuere Regiam, ubi saepius tempus secesserunt
et oblectamenta capere ceperunt. Dubitatur, num Cas-
tellum media sui parte ditatum, quod ibidem adhuc extat,
non Regia fuerit.

Theodelinda prima Granonum
Regum Stirpis Princeps Regia hic communiter ~~invenitur~~
ante et post an. Chr. 620. demorata est. Urba
etiam Regina Brunehildis capta fuit, ac inde ad Co-
tarium It. Grancia Regem ducta, qui illam morte affi-
cavit, prout narrat Fredegarus.*

Urba fluvius rapidus, qui ab hac Urba Ebrodunum us-
que navigabilis est, incolarum iuvat commercium. Hi
omnes Zwinglii seu Calvinii dogma sectantur. Urba
ante religionis mutationem duo extiterunt Monasteria
Graniscanorum unum alterum Monialium Ordinis S. Cla-
rae; ambo sibi invicem juncta erant, et praeter suas pri-
vatas Ecclesias communem habebant in eorum medio po-
sitam. Ubi an. 1531. Civis Zwinglianisum amplexi

* Fredegarus cogno-
mento Scholasti-
cus. Scripsit de
gestis Francorum
opus a quatra-
m Granonum Re-
ge usque ad an.
739. Tom. 7. Biblio-
theca Patrum in-
stitutum. Editio
Jungolstadiensis,

fuere, et Franciscanos et Moniales urbe populaverunt, et ex
Conventibus Franciscanorum Curiam Civilem seu Praetorium
fecerunt, alterum in ludum litterarium converterunt.
Insuper Urbs quinque adhuc aliae fuerunt Euloria et in
omnibus 26. Altaria, quae fuit & Winghamus disjicit.

quam juxta Ms. Bava-
rum curavit Frobe-
rus, illud usque ad
an. 768. perducit.

Sectio II.

De Statibus Helvetiae Foederatis.

Status, qui reciproci tutamenti gratia cum Helve-
tia Bagis seu Cantonibus foedere juncti sunt hi nu-
merantur: Vallesia; Rhetia seu Republica Gri-
sonum; Princeps et Abbas, nempe Urbs San-galensis;
Episcopus Basiliensis; Princeps Neocomensis; Respu-
blica Genevensis; et Milvurium Urbs Alsatia Su-
perioris; De hac jam differimus, ubi de Alsatia no-
bis sermo fuit; Superest igitur, ut de ceteris hic
agamus, quod distinctis Subsectionibus exequimur.

Subsectio I.

De Vallesia.

Vallesia, Valeria, Walleria, olim Vallis Bellina,
Bannina, Bannina, seu Valinga, item Regio Valin-
sa: | Wallispro-Land, seu Wallis, Valais seu Vallais: |
Regio est satis angusta, undique praecipitis altissimis-
que montibus, qui morium loco ipsi sunt, caenique ab
hostium incuribus tutam praestare videntur, circumdata,
nempe secundum Rhodani fluminis, quod illam ab orien-
te in occidentem perfluit, cursum perverta. Limites
habet ad Septentrionem Bagum Bernensem; ad
Orientem Juram seu Trunulam, item Bicornem Mon-
tem | Gabl-Borg: | sub quo Rhodanus scaturit, et qui
illam ab Uriano Bago separat; ad Austrum Ducatum
Mediolanensem et Vallem Augustam seu Ducatum
Augustanum | Das Thal, seu Zerkhofsum Aosta vel
Agosta, Le Val seu le Duché d' Aosta vel Aousta,
Val di Aosta vel D'osta: | et ad Occidentem Rho-
danum, qui illam à Bago Bernensi, ut et ab Agro seu
Ducatu Chablais: | Chablais: | distinguit. Lon-
gitudo ejus ab Oriente in Occidentem est 14. vel 16. Mil-
liarium Germanicorum, latitudo autem à Meridie
ad Septentrionem est inaequalis, nullibi tamen ultra
sex milliaria porrigitur.

In binas partes dividitur, scilicet in Superiorem, quae
à fontibus Rhodani | Rhone: | usque ad Morsiam | Mo-
rye seu Morse: | fluvium, qui infra Sedunum in Rhodanum
influit, porrigitur: eam olim Viberi et Seduni populi

incolere; et Inferiorem, à Morsia seu Morsa fluvio ad
Agannum, nunc Mantianum } : S. Mauris, Saint Mau-
rice: } Oppidum ac inde usque ad S. Gingham } S. Gingsi:
Agi Cabalini Oppidum protensam; eam Veragi posse-
derunt, quorum titulum Caesar lib. 3. Comment. accurate
designat, cum Mantuates Veragos et Sedunos, qui

* Allobroges an-
tiqui Narbonen-
sis in Gallia pos-
sidentibus, ordine recenset. Plinius lib. 3. re-
vincti populi, fest Inscriptionem in honorem Imperatoris Augusti fe-
cerunt, ubi diviti in Alpibus populi, nomen Seduni,
Delphinatus ur-
be usque ad La-
cum Lemani

Allobroquum à Lau Lemans et Rhodano usque ad
Summas Alpes } S. Ursulam Siliet: } regionem pos-
sidentibus, ordine recenset. Plinius lib. 3. re-
vincti populi, fest Inscriptionem in honorem Imperatoris Augusti fe-
cerunt, ubi diviti in Alpibus populi, nomen Seduni,
Delphinatus ur-
be usque ad La-
cum Lemani

regionem inter
Rhodanum et
Isaram fluvios
incolant.
Isara } Isere: }
in Sabaudia et
finibus Bedemon-
tium oritur. Vide-
tur esse stolo-
mici Tisera et
Colybii Scoras.

Thi Mantuates sive Antuates Allobrogibus confines
orientalem Lacus Lemani ripam occupabant; vicini
quoque erant Veragis, qui Valeriam Inferiorem seu
Inferiorem Vallam Benninam, quemadmodum Sedu-
ni Superiorem ad Rhodani fontes usque incolant.
Vallis haec ab Idolo Bennino seu Benno } Beni: } quod ibi
colabatur dicta est, non autem à Boenis seu Cathagi-
nensibus, qui illae transierunt dumtaxat, nec substituerunt,
quando Hannibal eorum Dux in Italiam pervexit; cuius
verò Titus Livius Decade III. ait: à transitu Boero-
num ubi Veragi incolae jugi eius non norunt nomen
inditum, sed ab eo, quem in Summo Sacratum vertice
Benninum montem appellant. Videtur verum
hujus Idoli nomen Bennus à voce Celtica Ben** non
verò Benninus, quae adjectivum dumtaxat est et non
substantivum. Verum quod error hic communiter adeo
invaluit, ut etiam Antiqui Scriptores Alpes et Vallam
ab ipsis clausam Benninos vocaverint. Nomen Val-
lis Boenina legitur in antiqua Inscriptione apud Gre-
tium ubi sic exprimitur: Valle Boenin! reperitur
etiam apud Marium Aventicensam qui saeculo VI. vi-
xit, nam cum in suo Chronico de Longobardorum irrup-
tione in hanc regionem Indictione VII. Id est, an. 574.
facta dixerit, Longobardi, inquit, in valle ingressi
sunt; et superius Indictione XI. ait montem Tau-
retum in Vallensi territorio coadisse, necnon locum
in illius pede situm unicum duobus his obuisse. Ab
eo tempore vox Vallensis loco Veragi usurpata fuit,
nec hujus ultimi nominis post Romani Imperii
in occidente casum amplius facta est mentio.

** Ben vetus Cel-
ticum nomen, quod
idem significat ac
Caput seu cau-
men montis. Do-
tum, quod Galli
in montium cau-
minibus adorabant;
unde factum ut Al-
pes Mons Benni-
nus seu Appeni-
nus vocato fue-
rint.

Quod ad Sedunos attinet, ipsorum Metropolis ad hanc
usque diem idorum nomen retinuit, ac Sedunum
} Sion: } vocatur. Fredegarius etiam saeculo VII. Sion-

nensis Agri meminuit.

Julius Caesar hos Alpinos populos subjugare tenta-
vit, quò ex hac parte liber ipsi ex Italia et in Italiam
transitus pateret; verum Sergio Galba, quem cum duo-
decim Legionibus et aliquot Equitum turmis illuc mise-
rat, tantà fortitudine resistenterunt, ut ea infecta vi-
am relegere coactus fuerit. At postmodum Augustus
eos majori vi adactus sub suam redegit potestatem.
Sub Romanorum jago perstiterunt usque ad initi-
um saeculi V. tunc enim Burgundiones regionem hanc
occupaverunt et raris creto Regno suo junxerunt.

Saeco VI. Franci illam Burgundionibus eripue-
runt, paucos quos mansit usque ad finem saeculi IX.
Ubi Franci Burgundia Regnum adepti sunt, circa
hujus regionis et Tarantasia, in aestiva provincia,
quam Romani Alpes Grajas et Penninos vocabant,
possessionem cum Longobardis altercati sunt. Sub
Carolingis et Merovingis tamen Vallesia novi Burgun-
diae Regni pars facta est.

Abdicato Carolo Crasso Burgundia Transjurana et Sep-
tentrionalis Burgundiae populi an. 888. Rudolphum
Conradi Comitis Parisiensis filium in Regem elegerunt,
et Agauni in S. Mauritii Monasterio publicè procla-
maverunt. Ipsius Successores regionem hanc quiete
possederunt usque ad Rudolphum III. Sub quo Minis-
tri, quia alii Comites nuncupabantur, et Episcopi se
in Principes erexerunt, ac sibi commissis distantat pro-
vinciis absoluto summoque imperio Dominari coepe-
runt, quam usurpationem sub Conrado Baifio Ru-
dolphi pigris patre jam occupaverant.

Imperatores Germani, qui memorato Rudolpho suc-
cesserunt, Burgundia Transjurana regimen Garin-
genibus Ducibus reliquerunt; hi cum Vallesis varia
fortuna bellarunt, quin tamen eos sub jugum addu-
cere valuerunt, ut qui semel adeptam libertatem
suam mirà fortitudine adversus ipsos tuiti sunt.

Igitur sub Imperatoribus Germanis utriusque Valles-
siae populi libertate aequali gavisi sunt; Successu autem
temporis Superioris inuolae subditi facti sunt Episcopi Sede-
nensis, Inferioris vero populi saeculo XI. Sub Sabaudia
Comitibus steterunt, tanquam Dominis seu, quod veri-
similius est, tanquam Advocatis et Protectoribus sicut
ab Imperatore Conrado II. in persona Humberti Co-
mitis an. 1035. constitutis, ea quo non obscure colligi-
tur, Vallesios etri liberos populos tamen sub Imperio
fuisse, ac, non secus ac alii germanica populi, Im-

peratores tanquam Supremos suos Dominos tunc temporis
 agnovisse. An. 1383. Vallesii Eduardum Episco-
 pum Sedunensem expulerunt, quem Amadeus VII.
 Sabaudie Comes cum auxilio Bernatum Jennis sedi sue
 restituit. An. 1387. Jennis simultates ipsi cum Hum-
 berto Episcopo fuere, necnon 4000. Sabaudos, qui eidem
 succurrere volebant, profligarunt, tum Episcoporum
 Sedunensium, qui magna regionis hujus parti domi-
 nabantur, auctoritas immixta est, ac Vallesia sensim
 Respublica facta fuit, ita tamen, ut Episcopis Sedunen-
 sibus ea relicta fuerit auctoritas, qua velut provincia
 Principes suspici valeant; cum enim Saeculo XV. Super-
 rioris et Inferioris Vallesiae populi de Summo Imperio in-
 ter se se vendaliter desertarent, tandem post varias ir-
 ruptiones, proelia et devastationes Superiores Vallesii
 Inferioris incolas subjungere, illorūque regionem pro-
 vinciam fecere, cui una cum Episcopo suo, qui, ut jam
 annotavimus, velut Vallesiae Princeps suspicitur, abso-
 luto dominantur Imperio.

Vallesia Superior in septem partes distinguitur, quas
 incola Decimas |: Zofrudon:| vocant, ac haud inepte
 Conventus dici possunt, suntque Gomerianus |:
 Gomb seu Gomb:| Brigianus |: Brig seu Brigg:| Ves-
 pianus |: Sipp seu Sippberg:| Raronius |: Raron vel Ra-
 ron:| Lemianus |: Louich:| Siderianus |: Sidrod:|
 et Sedunensis |: Dion:| qui simul 30. vel, ut alii scribunt,
 30. parochias continent. Inferioris autem sex
 sunt Conventus seu Satrapia, quas ipsi Signa milita-
ria |: Banox vel Banox:| nominant, eo quod Singu-
 la propriis vexillis utantur, suntque Contagius |:
 Gündro vel Gontfrö:| Ardouius |: Ardou vel Ardou:|
 Sabionius |: Sabion:| Intramontius |: Entremont:|
 Martiniacensis |: Martigny:| et Mauritianensis |: S.
 Mauris, S. Maurice:| In istis 24. vel, quod alii volunt,
 34. parochias continentur.

Etsi forte in Helvetia nulla occurrat regio, qua
 ita excaesis ac media etiamnum aetate nive con-
 tactis montibus obfusa sit ac Vallesia, ipsa tamen
 sine ulla contradictione omnium Helvetiae provin-
 ciarum calidissima est ac fertilissima; placet huc
 ea adjungere, qua Jonas Simlerus Descript. Vales. lib. i.
 hac de re scribit: "Incola ipsi, inquit, magno labo-
 re et singulari industria omnia terra, qua cultu-
 ram admittunt, exercere solent, multum autem

q. Dittam,

opere in aquis derivandis, ponunt: etenim non tantum prata
 et hortos, sed, quod in aliis regionibus imitatum est, vineas
 quoque irrigare solent. Vini ex est copia et bonitas, ut
 illud jumentis laninarius per altissimos montes ab Helvetiis
 et Lepontis exportetur. Frumenti tantum habet, ut ali-
 unde invecto non egeat, ac durat illuc messis à Majo ad
 octobrem usque mensem, dum in vallibus depreciosis
 et montibus frigidioribusque locis tardius, alibi citius fru-
 menta marescant. Ac saepe eodem die iter per montes
 facientes in hyemem, et ver, et in ipsam messem inci-
 dunt: in summis enim montibus nives et glaciem re-
 periunt, in eorum depreciosis partibus pasua pul-
 cherissima florent, et ad radices foenum colligitur, in
 valle ipsa frumenta jam matura secantur. Fructus
 omnis ferè generis illis non desunt, nam non tantum
 pira, poma, cerasaque diversi generis, poma item et
 corna, et mora, et nucas, juglandes, avellanae, pinea,
 copiose apud eos nascuntur, sed ficus quoque et amygda-
 la, et malogranata apud Sedunos feliciter proveniunt,
 neque tantum arboribus, sed omnis generis herbis et flo-
 ribus cultissimos hortos habent, in quibus, praeter alia,
 crocus praestans colitur, tantà copia, ut in vicinas
 regiones magno gentis lucro exportetur. In tantà
 florum copia apud plurima alvearia incolae habent
 ex quibus toto anno mel recens illis abundanter suppe-
 dit. In montibus metae sunt, plumbi, ferri,
 aëris, argenti: crystallus etiam ibidem in summis Al-
 pibus partim è terra effoditur, partim ex praeruptis
 rupibus, quibus inmassi solent, colligitur. Praeter
 lapidum seu carbonum bituminosorum magna est
 apud Sedunos et Siderianos copia; qui non modo ad
 ignis, instar reliquorum carbonum, usum adhiben-
 tur, sed et in calcem optimam convertuntur. Syl-
 va abundant larice, ex qua cum Agaricum inter pre-
 gantia pharmaca celebre, tum praestantissima re-
 sina colligitur, qua theribinthina loco chirurgi utun-
 tur: praetera pinus, abiete, aliisque arboribus, qua
 in Alpibus sunt frequentes. Cervi, capris et apris
 caent. Ursi, lupi, thores, lynxes, vulpes multi
 sunt in hac regione: ferina reliqua vero tanta

" est abundantia, ut bubula instar, et nonnunquam vilis-
 " in portis in macedo vendatur: similiter Phasiani, perdices
 " utriusque generis, otides, lagopodesque, et diversorum
 " generum gallina sylvestres non pauciores quam in lepon-
 " tiis et Rheticis capiuntur. In vallibus et montibus me-
 " diis praestantissima pasua habent, ac magna bovm ar-
 " menta alunt, quorum non exigua copia quotannis in
 " Italiam abducitur. Ad Rhodanum equorum sunt pas-
 " uia, porcos alunt paucos, eosque aliunde emtos: muli
 " etiam et asini illis non desunt: in medijs montium pas-
 " uis sed arduis et quo boves ob loci aulivitatem perveni-
 " re non possunt, oves pasuntur: in sylvis vero qua bovm
 " et ovium pasuis adjacent caprae nutriuntur. Itaque
 " butyri et lactis et casei magna apud eos est abundan-
 " tia. Rhodanus cum aliorum piscium varia genera,
 " tum qui inter fluviatiles non postremam laudem ob-
 " tinent, Truttas multas et ingentes 29. et 30. pondus
 " alit. Calida quoque aqua duobus locis saturent,
 " quas ad varios morbos Medici et magis etiam vulgus he-
 " minum commendat.

Homines hujus regionis sunt corpore firmi, et ad labores
 apti, colore plerumque subfusco, ut qui se agro colendo
 in sole quotidie exerceant: multis strumae nascuntur,
 quod plerique aquarum vitio tribunt. Vestibus vulgo
 ex crassa et rudi lana utuntur. Aedificia plerumque ex
 ligno potissimum constructa sunt. In oppidis tamen et ce-
 lebrioribus vicis, qui oppidorum more constructi sunt, plu-
 rimae domus muratae extant. Vetus talis est, qui et
 vestitum et habitationi, et hominibus rustico labori de-
 ditis conveniat. Nobiliores tamen splendide vesti-
 untur, et argento auroque ornantur, nec minus in
 victu omnibus delitiis abundant. Agricultura po-
 tissimum student, sed qui hyemam valem incolunt,
Vibeni, pastioni maxime operam dant, quod regio es-
 rum frigidior neque vites ferat, neque tam felix fru-
 mento sit ut altera: ceteri et vineas et fumentarios
 agros colunt. Mercaturas non magnas faciunt,
 sed res, quibus abundant, exportant, et necessarias do-
 mum reportant. At vero omnes bellicosi sunt et
 amantes libertatis, itaque et frequentia bella pro
 libertate gesserunt, horumque monumenta Sinter

tota regione Ares et murorum ruina videntur. Litterarum studia ab illis magna fiunt, itaque et nobiles homines suos liberos frequenter ad exteras gentes studiorum causa mittunt, et saepe etiam tenuiores magna animi constantia, ne in summa quidem paupertate, et victu ostiati emenditate litterarum studia abiciunt, sperantes se, si aliquam eruditionem consequantur, domi et in Ecclesia et in republica honores et dignitates posse adipisci.

In Seminario Viennensi duo ex suorum ~~filiorum~~ Civium filii, et totidem in Mediolanensi si fundationis ab ipsis facta continuo abuntur, ubi et Theologicis et Canoniceis studiis navant operam, is absolutis sacros Ordines suscipiunt, ac demum in patriam revocati ad Barochias, aut alia officia Ecclesiastica promoventur. Hanc fundationem factam fuisse ajunt, quo nempe Vallesii semper penes se viros doctos haberent, qui populum suum in fide Catholica, quam fervidè tuerentur, continerent ac firmarent, illamque adversus Aetholicos defenderent.

Vallesii foedere conjuncti sunt Helvetiis, ac primum sub Frederico II. Imperatore an. 1250. cum Bernatibus ~~nostris~~ foedus ab omnibus ~~Conventibus~~ ~~Conventibus~~ in decennium fecerunt, nullumque hoc antiquius habent foedus. Multis deinde post annis bello inter ipsos et Wilhelmum Episcopum familia Ravonia exorto, quinque Conventus foedus cum Lucernensibus Urianis et Sublyvanis ~~fecerunt~~, an. 1417. fecerunt, ut utroque civis et quasi ejusdem regionis censerentur. An. 1448. cum Bernatibus novum foedus ab omnibus Decemnis seu Conventibus initum est. Prius scilicet an. 1473. foedus et perpetua Societas sancita fuit inter septem Conventus Vallensia Dominos et tres ante dictos Helvetiae Pagos, et post biennium cum Bernatibus etiam perpetuum foedus sanciverunt, ut adversus quosvis hostes sibi mutuo essent auxilio. An. 1529. ab omnibus Pagis seu Cantonibus in Helveticum foedus admitti fuerit, cujus foederis instrumento haec specialis clausula adjuncta fuit, ut nimirum singulis 25. annis foedus hoc renovaretur. Denique an. 1553. 12. Decembris Episcopus et Respublica Vallensis foedus suum cum tribus Catholicis Pagis Lucernensi scilicet, Uriensi et Sublyvanienti renovaverunt, cum reliqui quatuor nempe Suintem-

sis, Tugiensis, Triburgensis et Solodorensis acceperunt. Foedus istud quodammodo novum fuit, enimvero ex parte ~~Helvetiorum~~ Helvetiorum omnes Catholici pagi eadem acceperunt, ex parte Vallesiorum autem omnes Septem Decemve seu Conventus una cum Episcopo suo, cum priori quinque Jurtozat, scilicet Gomerianus, Brigianus, Verpianus, Sedunensis, et Siderianus subscripserunt: in tantum etiam novum fuit, quia praecipue ad conservandam et tuendam Catholicam Religionem initum est; idud annis ~~1565~~ 1565, 1578, 1626, et 1645. demum renovatum fuit. An. 1626. Episcopus Sedunensis eoram adduxit, ut omnes protestantes tam indigenas quam extranei vel Catholicam Religionem amplecti, vel solum veterem deberent.

Repubblica haec etiam cum Gallia Regibus foedera paravit, nimirum an. 1516. cum Francisco I. an. 1549. cum Henrico II. an. 1565. cum Carolo IX. Equidem in foederibus, quae Henricus IV. an. 1602. et Ludovicus XIV. an. 1658. et 1663. cum Helvetiis et Rhodanis inierunt hujus Republicae mentio facta non est, nihilominus tamen semper habita fuit velut Graecia Regibus foederata; unde et in tractatibus Castri Cameracensis [Chateau Cambrésis] et Verbinensi [Vervain] ut etiam in pace Badenensi an. 1714. Imperatorem et Imperium inter se conclusa nominatim comprehensa fuit.

Jam à longo tempore in Vallesia ferox et inhumana consuetudo viguit, illos cives, quorum potentia ceteris superata est, opprimendi. Matzam [Matzen, La Mase] vocant, Atheniensium Ostracismo* haud abri-
 milium. Est autem Matza, inquit Simlerus, signum relegationem signi. conspirationis, idque non minus formae; nam olim in-
 ferebat; apud Athe-
 nienses species erat gens tantum clava lignea. fuisse dicitur, hinc clavum
 quaedam Tribunalis infigebant, quicumque voluissent conspirationis loci
 seu Judicii, vicejus esse et publicas injurias ulcisci. Postea Matzam fecerunt
 Spectabiliores Rei-
 publica sua viros, ve lavam, quae aliquo modo humanam faciem refert,
 cum nimis opulenti nonnunquam absque lava tantum ex radicibus arboris
 et potentes, ne non contexitur, quas tamen ita artificiose connectunt
 populi libertatibus et complicant, ut quandam imaginem faciei hu-
 periculosi videban-
 tur, ad 10. vel 15. an-
 nos in exilium aman-
 dabantur. Nun-
 quam tamen quis-
 quam relegabatur in
 nisi nomen ipsius ad
 minimum 600. tes-
 tis seu testulis inscrip-
 tari more penus caporum et galorum galinaeorum
 ornant, atque ad ibiis ades deferunt, quem portant
 in Republicam peccasse, et quem injuriam agunt,
 has illi, quibus aliorum bona diripere volupe est,
 plerumque homines turbulenti, qui tumultibus garr-

get Regem galie

* Ostracismus apud
 grecos in exilium
 relegationem signi
 ferebat; apud Athe-
 nienses species erat
 quaedam Tribunalis
 seu Judicii, vicejus
 Spectabiliores Rei-
 publica sua viros,
 cum nimis opulenti
 et potentes, ne non
 populi libertatibus
 periculosi videban-
 tur, ad 10. vel 15. an-
 nos in exilium aman-
 dabantur. Nun-
 quam tamen quis-
 quam relegabatur
 nisi nomen ipsius ad
 minimum 600. tes-
 tis seu testulis inscrip-

dent, invadunt et occupant, quidquid invenerint absumunt tum fuisset, atque
 et depravantur. De saepe ingens hominum multitudo, etiam totidem vota
 non tam ad publicas injurias uliscendas, et defendendam seu suffragia in testa
 libertatem, quam ad spem praeda conflere solet. Fre-
 runt Matziam hanc primum inventam et usurpatam, cum
 platis dux imperio Wilhelmi Episcopi, et parentis illius
 Guiscardi Raronii premeretur, circa tempora Concilii Con-
 stantienis, an. 1414. Nostra aetate communi incolarum con-
 sensu, Helveticis praecipue auctoribus, Matziam unum non
 quidem forte primum abolutus, sed tamen aliquo modo se-
 pulchus est. Periculum enim erat, ne, quod aliquando fec-
 tum fuerat, opulentis et innoxiiis viris Matziam a turbulen-
 tis et seditiosis hominibus adferretur, diripiendarum sum-
 taxat, opum gratia. Itaque rectius statuerunt, jure
 potius agendum esse, et in eos, qui rempublicam lasserint
 legibus agendum potius, quam barbaro et a Scythis mu-
 tuato tumultu puniendos.

Veragi sive Vallesiani inferiores seu olim cum Seduniis
 et Viberis bella gesserunt, et tandem ducentis circiter
 ab hinc annis victi eorum imperium, quodjam supra recen-
 simus, subierunt: Ares munita numero Sedunim ab his
 destructa sunt, quarum videra hodie cernuntur, neque
 enim eandem restituere licet, ne libertati eorum inde
 periculum creetur: itaque nunc Viberi et Seduni Veragi
 imperant, et illis Praefectos mittunt, qui jus dicant,
 et rempublicam administrant. Princeps vero totius
 regionis est Episcopus Sedunensis, qui Comes et Praefectus
 Vallensium nuncupatur: hunc suffragis communibus Deli-
 gunt Canonici Cathedralis Sedunensis, et Legati septem
 Decumarum Superioris Vallensium. Proximum ab Episco-
 polorum tenet, quem illi regionis Ducem seu Capitane-
 um, et Gallie Bailiff, vulgo Landts Hauptman, nun-
 cis, et ab Episcopo et Legatis Decumarum liberis suffragis
 deligitur, ac deinde publica singulorum conventuum
 approbatione confirmatur. Singuli quoque conventus
 summum habent Magistratum, quem Gonesiani, Ra-
 ronii, et Leuenses Majorem, ceteri Castellani no-
 minant: hic unum sui conventus Senatum quavis causas
 etiam capitales judicat. Habent etiam Annanos, quo
 nomine Helvetici quidam Bani summum Magistratum
 appellant: Sed hi apud Valenses sunt sub imperio Maje-
 rum. Ab omnibus et singulis conventibus ad Senatum

Valleria ~~provoce~~ ~~habet~~ | ~~de~~ Landis ~~latf~~ | provocare licet ;
 hic more majorum quotannis bis convocatur Major et Decem-
 bri mensibus, quo tempore ex singulis pagis bini et nonnun-
 quam terni legati conveniunt Seduni in Castro Majoria.
 Senatui interest Episcopus, sententias rogat Balivus | Le
 Bailif | ac ab his de republica consilia aguntur, eligun-
 tur gubernatores et qui publica officia administrant, ac
 summum jus dicitur, à quo ad aliud tribunal provocare
 haud licet.

Vallerii utuntur partim lingua Ger-
 manica, illi nempe, qui loca montosa habitant, partim
 Sabaudia, quam Romanam vocant; ii scilicet qui loca
 depressiora et vallas incolunt.

Hae de Valleria generatione, modo singulas ejus Decimas
 seu Conventus duobus paragraphis breviter expendimus.

§. I.

De Septem Superioris Valleria Conventibus.

Jam supra meminimus Superiorem Valleriam olim
 Viberos live Duberos et Sedunos incoluisse; ea postmodum
 in Decimas seu Conventus septem distributa fuit, quorum duo
 sunt, Gomerianus nempe et Brigianus Vibris attri-
 buuntur, ceteri Sedunis. Singulos hinc eo, quem supra re-
 censimus, ordine, breviter describimus. Igitur

1^o occurrit Conventus Gomerianus | Gomb, Gombb,
 et Gomb: | A Jura monte et fontibus Rhodani secun-
 dum utramque illius ripam ab oriente in Occidentem ad
 5. miliaria Germanica protenditur, ab Austris autem ad
 Aquilonem maxima ejus latitudo 4. miliaria non superat.

In eo ad radices Jura intra primum milliare à fon-
 tibus Rhodani vallis proxima incolitur ab his, qui mitiora
 montis hujus jura pascuis suis deparantur; ac duo
 illic viculi occurrunt, Rudrowayson unus, alter Obro-
 wald, id est, Superior Sylva, vernacula lingua dicti.

9 Inferior Sylva
 et

Inde ad Meridiem mediocris vallis inter montes se aperit,
 quam Ageranam | Gromtful live Agromtful: | vo-
 cant, hinc Elmii fluvius in Rhodanum influit. Vallis haec
 olim parit Nobilibus de Aona, ubi merum mixtumque
 habuerunt imperium, sed opibus eorum imminutis, jura
 sua et privilegia incolis vendiderunt, quibus illi nunc
 quosque formantur, et sibi proprios Judices eligunt ac con-
 firmant, quos Ammanos dicunt.

Leuca deinde gallica ab Elmii in Rhodanum in-
 fluxu et ad radices Grimula | Gromful, Gromful-
 borg, Gromfulborg: | montis, qui continuus est
 Jurae pars et Crystalli dives, pagus occurrit

Castellio |: Gostilon:| Dicitur Ecclesiam habens parochia-
lem. Duobus infra ibum passuum millibus ad eandem
Rhodani ripam alter pagus jacet Ulrica |: Ulricum, Ulrique:|
nomine, juxta quem olim Berhtoldus Juringia Dux
à Valerianis proelio victus fuit, et ducentis fere post an-
nis ab eis ibidem cum Bernatibus feliciter pugnatum est.
In utriusque proelio memoriam eodem loco crues lignea
ab incolis erecta fuerunt an. 1419. quae adhuc catant.

Juxta Ulricam itinere horae unius in amoenissimis
pratibus, qualia vix alibi inveniuntur, ad dexteram Rhoda-
ni situs est satis elegans vicus Monasterium |: Müntztor:|
nuncupatus. Ad laevam Rhodani ferme à regione Ulri-
ca, quondam Sanctorum erat Cenobium, quod nunc
ob loci asperitatem, et annonae inopiam desertum est.

Versus meridiem inter montes vallis Eginia seu Egina
per milliare germanium extenditur, à qua duo itinera
ad Insulres patent, unum per montem Nisium |: Nisy:|
in Vallem Lepontinam, Praefecturam Bilitionensem p,
alterum per Gricum |: Gricus:| montem in Antigorianam
valem Bonmatum |: Bonmatt:| ducit. Hujus montis
nomen quosdam videtur movisse, ut Alpes Grajas* apud Ge-
rmanos ponerent.

Ad Rhodani Septentrionalis ripam vicus complures in campis
amoenis et fertilissimis consistunt Reingium |: Rechingon:|
Glorina |: Glorion:| Ritzgium |: Ritzichon, seu Ritzig:|
Biela |: Biel:| Walda |: Wald:| qui omnes fluvioletis quibus-
dam vijantur. Hi omnes vicus olim Comitatus erant, qui Gra-
niola |: Graniols:| nuncupabatur; verum insula jam à
multis saeculis ab omni peculiaris Dominatu sunt liberi, nisi
quod legibus et Statutis Vallesianorum teneantur, habent
tamen proprios Judices in causis civilibus, ceterum crimina-
les causas Gomeriana Decurionis |: cui attribuntur:| Judex
Arna cognoscit.

Proxime hos vicus ponte lapideus Rhodanus transitur, ac
ab eo latere est vicus, quem Mulibachum |: Müllbach:| qua-
si Molarii rivum, dicunt, patria Matthaei Cardinalis Se-
dunensis obscuris parentibus nati, quem doctrina, quam sibi
iniquo studio comparaverat, industria et rerum agendarum
summa peritia ad Episcopatus et Cardinalatus dignitatem
evehens. Is Gallorum perpetuus et infensissimus hostis
totus Maximiliani I. Imperatoris fuit, necnon Maximiliani
Sfortiae Ducis Mediolanensis partes adversus ipsos tuendas
suscepit sub initium saeculi XVI. Habuit Muliba-
chum nobiles ejusdem nominis, quorum familia interit.

Ad dexteram Rhodani ripam, ubi Biema |: Biem:| flu-

* Alpes Grajae seu
graeae; hoc no-
mine olim vene-
runt Alpes quae
Bedemontium à
Sabaudia sepa-
rant, quae nunc
S. Bernardi mons
dicuntur; forte
idem est ac mons
grajus, cuius me-
morat Tacitus
Hist. III. 68.

ajunt Thulem olim
montem hunc super-
asse, quemadmo-
dum Hannibal
Cathaginenses suos
per alterum mon-
tem Alpes Penni-
nas dictum tradu-
xit.

vius eidem miscetur extat Aona | Dronon, Aragno | Vicius
ingens et Gomesianorum Caput, ~~castris~~ ⁱⁿ duobus milia-
ribus germanicis venis Africum à Monasterio | Münster |
Aedificia habet non inelegantia, et quaedam domus mura-
tas et lapide fissili testas. Hic Gomesiani Curiam ha-
bent, et causas capitales cognoscunt. Aona oriundus
fuit Waltherus Supersaxo Episcopus, qui Veragros hacten-
us à Sabando Episcopatu ademptos an. 1475. recuperavit.
Glwinus Binna, qui, ut diximus, infra Aonam Rhodano
miscetur, Gomesianorum hac parte limes est.

È regione Aona ad dexteram Rhodani ripam, ubi is
ponte jungitur, vicus est Viescha | Virpfl | cum valle ejus-
dem nominis 6000. passuum longitudine, per quam etiam
fluvius è glacie inveterata emergens Rhodanum influit.
Juxta eundem coenobium quondam fuit Saxarum Virginum,
nunc desertum: reditus ejus à Matthaeo Cardinali Armeni
Eccleria attributi sunt. Inferius ad alterum Rho-
dani pontem viculus est Laxa nomine, Gomesianorum
terminus ab altera fluminis parte. Infra vicum hunc
montibus in unum penè coeuntibus valles admodum coar-
tatur, ac tantum angusta fauces Rhodano defluentem
relictas sunt: tunc occurrit mons, qui à septentrione
ad Rhodanum usque pervenit, germanicè siest Driff
dictus, et Gomesianos à Morgianis dividit; regio nam-
que non ita magna ab hoc monte ad Masam | Maff |
fluvium Morgiana vocatur: hac propriam jurisdic-
tionem et merum imperium habet, attamen attributa
est Conventui Raronis, ejusque pars testia censetur.

Duos sunt hujus regionis celebriores Vici: Graniola
| Graniol | quae ad sinistram fluminis jacet in rupe cel-
sa prope fauces Dynnia vallis, ac ponte unico fornice
ab una rupe ad alteram ducto, tanta est vallis angus-
tia, hinc Laxam itur. Habuit autem olim Gra-
niola peculiares Dominos, qui forte iidem cum Mor-
gianis fuerunt; his, ut supra diximus, paruerunt
vici aliquot, qui adhuc nomen Graniolani Comitatus
servant. Morgia | Mosil | alter vicus
à quo regis haec nomen habet, ad dexteram Rhodani
in medio regionis situs est duarum horarum itinere ad
castrum ab Aona. Supra Morgiam ad Rhodanum pra-
ta sunt et parva amoenae, et non parva domus, simili-
liter in vicino monte quidam occurrunt viculi, ac
supra hos altissimus mons à S. Antonio nomen ha-
bens. Apud Morgianos primum vites proveniunt;

nam Gomeriana regio propter frigus nullas fert: Morgiana tamen vna acerbiora sunt, neque regio hac parte inferioribus locis Raronis, Sedunis, et Veragris confert potest.

Iuxta Morgiam versus Septentrionem, in altissima petra quondam Arx fuit Mangapana Baronum Morgianorum sedes: hos in insulas tyrannidem exercentes Petrus Dabaudiae Comes, in eolis iuuantibus, bello aggressus viat, arceinque eorum destruxit, cuius nunc exigua ruinae supersunt. Verisimile est Barones Morgianos familia Raroniana, de qua post dicemus, affinitate aut propinquitate aliqua conjunctos, atque hos eorum heredes fuisse, ideoque nunc Raronia de una Morgianos adnumerari. In eadem regione etiam Direberga Arx fuit, quae forte eodem tempore diruta est: mons adhuc Aris nomen servat.

Maso fluvius, qui Morgianos a Brigianis dividit, ex Aletschianis montibus oritur, et per ejusdem nominis vallem fluit, aestate liquescentibus viribus caesecit, et turbidus ac impetuosis fertur, sicut omnes fove hujus regionis fluvii, ita ut vado transiri commode non possit, verum ponte lapideo prope exitum jungitur.

20. Conventus Brigianus ab inferioribus pagis Brigia, Nateris et Glisa | Brig. lu. Boing, Nattrob, et Glogg | nomen habet, frequentius tamen a priore denominatur. Caterum quam populosus et frequens sit, inde colligitur, quod an. 1465. peste per Valdeiam grassante, ex eo supra mille, et quadringenis post 1400. homines perierint.

Natera vicus milliari non magno versus occidentem a Morgia distat ad dexteram Rhodani ripam loco sacro non tamen sterili, aedificia pleraque lapidea habet. Prope idem in edita rupe Arx munitissima visitur, quae a Saxo seu rupe nomen habet, domus quondam Dominorum a Saxo. Episcopo nunc parat.

Estat etiam supra Nateras non longe a ponte Maso fluminis turris quadam in colle unicum cuius veteris Aris Wingasta, quam Nobiles olim, quorum familia jam dudum perit, inhabitaverunt. Sunt quoque a Septentrione Nateris conjuncti viculi quidam in montibus, et Eulacia, quae a loco Montana dicitur.

Infra Nateras pons lapideus duobus egregii operis foveicibus utramque Rhodani ripam jungit, qui

colore tanto impetu per saxa magno cum sonitu ruit, ut mirum videatur fundamenta aliqua pontis in tanta fluminis rapiditate jacti potuisse. Casa est ad hunc pontem Princeps seu, ut vocant, Comitissa Vespianorum cum filio an. 1365.

Ad sinistram fluminis ripam ex adverso Materarum Briga posita est, et paulo infra hanc Glisa, ita ut tres huiusmodi triangulum fere asquilaterum constituerent.

Briga à Viberis nomen habet, quasi dicatur Viberiga, seu Vibericus vicus. Situs est ad Saltinam fluvium in oppidum extortus, ceteris Vallensium vicis elegantior et amoenior: ab ortu et Meridie montes parvi imminet multis viculis inhabitati, et proximè Brigam vetusta domus videri apparent, vulgus locum *Göb*, quasi *Tartarum* aut *Inferos* nominat. Briga Jesuita habent Collegium.

* *Sempromius* mons, vel ut alii vocant *Scipionis* mons; ab aliquibus etiam dicitur *Mons Brigamus* à vicis *Briga*. à *Vallensibus* *Simpler* nomen patet, et ab *Italicis* *Sempromio*. Per eam patet via à *Valeria* in *Ducatum Mediolanensem*.

Saltina fluvius oritur in monte *Sempromio**, et pervallens ejusdem cum monte nominis duo miliaria *Helvetica* et amplius fluit, ac paulo infra *Brigam* *Rhodanum* intrat. *Brigiani* hinc fluvio pontem lapideum tribus fornicibus instructum: nam miribus solutis late inundat: imponere. Per montem *Sempromium*, quem quidam *Scipionis* montem appellant, ad *Leontios* *transalpinos* iter est, et vetus *Oppidum Ouelam*. Tradunt quidam *Casarem* per has *Alpes* contra *Helvetios* exercitum duxisse, ejusque rei memoriam cotibus inscripsisse, in quibus adhuc cernuntur quaedam litterarum vestigia. In ipsa *Sempromio* via valle *Brigiani* magna scopiam utriusque pacis alunt.

Lemâ gallica infra *Brigam* *calidarum* aquarum fons medius in campis saturet: *Aquas Brigianas* vel *Vibericas* vocant: locus ipse amoenus et planus est, cui à *Septentrione* *Montes altissimi*, et quorum praerupta rupes recta in altum consurgunt, imminet. Harum *Calidarum* aquarum fons ex unis rupibus saturet. Juxta illas ex eadem petra frigidissima aqua rivulus manat. Balnea sulfurea sunt, ac plagas, corrosiones, ulcera et habiema sanant: medentur etiam *spasmo*, *tremori*, *catarrho*: tollunt *timittum aurium*, et *sterilitatem foeminarum* aboleri creduntur. Aqua haec etiam *Glisanae* | *Glyf* | *pro Bad:* | vocantur, quod à *Glisa* nec procul distent.

Glisa *Oppidum* seu *Vicus* exiguus, sed aedificiis optime exultus, loco amoenissimo ad sinistram *Saltinae* fluvii situs mille circiter passuum itinere ad occidentem à *Briga*.

Templum hic est *B. V. Mariae*, ad quod ex tota valle multi mortales religionis ergo confluere et dona afferre solent.

Hic natus est Georgius Suprabanus | Georg auf der
 Glis: | vir animo et corpore ingenti, Italianis bellis magnas
 opes et bellicae virtutis eximiam gloriam consecutus, sum-
 mam sibi auctoritatem et potentiam Romae comparavit,
 et Gallicas partes secutus contra Matthaeum Sedunen-
 sem Episcopum et Cardinalem graves inimicitias exercuit.
 atque cum opera huius Cardinalis Romae captus, et in
 mole Adriani carere inclusus, beneficio Francisci Gal-
 licorum Regis liberatus fuisset, in patriam reversus Car-
 dinalem Valerium expulit; Sed tandem ipse in exilium
 pulsus an. 1529. Viriaci | Veray: | ad lacum Lemannum
 obiit. Ajunt illum ex una eademque conjugis vigin-
 ti tres Liberos suscepisse, Duodecim filios et undecim
 filias.

Non longe infra Glisam muros à Rhodano ad excurren-
 tia juga proximorum montium ductus est; idem ad ar-
 cendam hostium vim quondam extructum fuisse turres
 et propugnacula produnt, à quibus autem et quando hoc
 factum sit, ignoratur, quidam Romanorum opus cen-
 sent, eosque, cum per Sempronium montem adversus
 Gallos exercitum ducerent, locum hunc munisse, alii
 existimant Viberos hujus munitionis auctores esse, qui
 contra Sedunorum irruptiones eandem extruxerunt; nam
 hic terminus Viberosum fuisse ~~extructum~~ dicitur, un-
 de et Bagus in monte supra Vespiam positus à Sedunis
Termina appellatur: in Sedunis vero multi Nobiles
 olim habitaverunt, scilicet Vispii, Ravonii, Turriani,
Leucii, Siderii, Graduii, aliique plures, quorum
 diantia ora passim videntur, hos cum Ticinis assidua
 bella gessisse, dum fines proferre stenderent, verisimile
 est. Verum posteaquam eodem imperio utriusque popu-
 li reguntur, et disjectis aribus libertate fruuntur,
 hic muros neglectum habetur, multisque in locis vetus-
 tate fatuit. Non procul ab hoc muro Gamsa flu-
 vius ex Alpibus Vespianorum ortus in Rhodanum
 evolvitur.

39. Conventus Vespiamus | Sijfbar, Vijfbar: |
 Sub Glisa incipit, ad quem pertinent proxima Alpes
 versus Meridiam et amplas in his Vales Sassia | Dass
Hal: | et Mattia | Mattos Hal: | per has duo fluvii
 ex Alpibus descendunt, qui propè Staldam pagum
 in unum conflunt, et ambo Vispa seu Vispii nomen
 habent, Germanicè Sijfbar, quod pisulentum rivum
 significat: ab hoc fluvio praecipuus pagus Vespa

1: Vifz, seu Sifz, Syffbauf, Vibzparf: De quo mox loquemur, et totus hic Conventus nomen accepit. Prior fluvius in Valle Saffia 1: Daffor = Dfal: Duobus fontibus oritur, quorum orientalius est in monte Autouais supra Almengallum, alter in monte Mattia, quem Seduni frax Itali Magya nam montem vocant. Inter hos fontes Saffia pagus positus est, unde valle nomen. In monte autem qui ad Brigianos vergit, Termina pagus occurrit: alter deinde mons pasuus inter Saffiam et Mattiam Valles positus granichiam pagum habet, hinc vicinus est Rietbergus mons optimis pasuis abundans.

* Per Sylrium montem iter est ad Salapros et Azagampra Verpianum pagum. Intra hunc fluvium in Supervallam, vulgo Avamort Hol ditam, quod illius incola per varias regiones obstant, uiceres diversi generis circumferentes: hac via per glaciem inveteratam aliquot passuum millibus iter faciendum est.

71: Vifz, Sifz, Syffbauf, Vibzparf:

Sylvio, à quo Mattia Valdis incipit, et ubi colles sunt Trinica, Arleita, et Monta, descendit 35000 passuum Supervallam, intra hunc fluvium in Supervallam, vulgo Avamort Hol ditam, quod illius incola per varias regiones obstant, uiceres diversi generis circumferentes: hac via per glaciem inveteratam aliquot passuum millibus iter faciendum est.

Igitur super confluentes Vispa et Rhodani Verpiana vicius habitatur, Caput tertii Vallesianorum Conventus. Duo hic templa S. Martini unum, et alterum D. Virginie extrema est: Supra pagum quondam Arx fuit, qua unquam pago propter amoenitatem Arx pulehra 1: Syffbauf binz: appellata fuit; postea veteri appellatione oblita à Vispa fluvio nomen accepit: hinc etiam aliquot domus voluptaria numerantur.

Hoc locus quondam sedem habuerunt Verpiani Comites magna apud Sedunos autoritatis, et potentia: eorum familia extincta Blandra Comites illorum hereditatem adiere: ex hac familia Blandra Verpianorum Comitissa cum filio Antonio ad fontem Rhodani et prope Nateras an. 1365 causa est; causa et author causis ignorantur. Arx Verpiana deinde à Petro Sabaudia Comite capta et diruta est, forte eodem bello, quo Mangapaniam Arxem ab eodem dirutam supra scripsimus. Verpiana Amadeus Sabaudia Comes à Gomesianis, Brigianis, et Verpianis

proelio victus ad quatuor millia hominum amisit. Habitarunt quondam Vespia nobiles familiae Ulricorum, item Sibirorum, Hengastiorum, seu à Platea, et Werrorum, quae adhuc florent. Neque hi tantum, sed quamplurimi alii Nobiles Vespia olim Sedem habuerunt, ita, ut asserant omnes ferè nobilissimas totius Vallesiae familias Vespia ortas esse: ac tanta olim Nobilitum eo loco frequentia fuit, et is fastus, ut haberent proprium Templum, quo à plebeis discernerentur, cum quibus eisdem sacris adibus uti, sedecori sibi putabant?

4^o Conventus Raronius | Raron sive Raron: | Brigantia occidentalis est ac à dextera Rhodani ripa ad finem ^q sinistrae et usque Bernensis regionis versus Aquilonem porrigitur.

In eo praecipue occurrit Raronia | Raron sive Raron: | Oppidum elegans ad dexteram Rhodani ripam situm miliarium germanico versus occidentem à Natis. Duo Templum habet S. Romani in edita petra supra oppidum, al- ^{quorum} terum S. Germani extra oppidum in plano extructum.

Iuxta S. Romani Ecclesiam in eadem rupe turris et ruinae Arcis Raroniae videntur, qua Sedes et domus natalis fuit Raroniorum Baronum veteris et nobilissimae familiae. In iis ante quadringentos, et quod exsuperat, annos Petrus Sedunorum Episcopus fuit; eundem Episcopatum ex eadem familia tenuerunt Wilhelmus II. et post Wilhelmus III. Guisardi Raronii hic filius fuit, alter frater. Verum bello Raronis inter et Vallesios orto, quod ab an. 1415. usque ad an. 1419. duravit, Sedes eorum et Arces dirutae sunt: pace autem facta Raronii nihilominus extra Vallesiam manserunt, quod nolent inconstanti plebis voluntati demum salutem suam cum vita periculo committere.

Petrus aut potius Petromannus Raronius sua stirpis ultimus matre à Doggenburgensium Comitum familia natus post Frederici Comitis postremi obitum Comitatum Doggenburgensem hereditatis titulo adeptus est, quem deinde an. 1469. Uldegio Abbati S. Galli vendidit, ipseque an. 1479. in Monasterio Autensi | Ruti: | Bagis Signorini mortuus et sepultus est. Idem nonnulli Guisardi filium et Wilhelmum III. fratrem fuisse arbitrantur, est autem ultimus, cujus in domesticis historiis fit mentio.

Reliquit Petromannus hic heredem unicam filiam, quae nupsit nobili viro Allobrogi à Faventaria Humberto à Villata Baroni Chivronis, qui Sedem suam in Vallesiam

transtulit; huic natus est unicus filius Joannes Baro Chironis
 (: Chironi :) et Raronia Vice Dominus Sedunensis; hic uxorem
 duxit Bernetham unicum filiam Berardi de Bastia Domini
 Siroi; itaque juncta sunt tria dominia, Raronia scilicet, Chi-
 ronis, et Siroi. *2^o Castella horum Raronia*
Lyria, Raronia ad Hoffenbingerum, et Siroi
Lyria pariter, et Siroi, loco exteriori. Waltherus de
prosa Sedunensis et Rudolphus de Sperdingium propter
infirmitatem, et Siroi possessionem, Rudolphus, quod Sabaudus
evocasset, ibi moratus.

Foro in eodem loco Raronia Decima de Sperdingiorum
 magna potentia extitit, praesertim ubi Raronii ea suscep-
 sent; fuit haec vetus et nobilis familia. Verum bello exorto
 inter Waltherum Episcopum Sedunensem et Rudolphum
 de Sperdingium propter infirmitatem Vallis possessionem,
 Rudolphus, quod Sabaudus evocasset, illis an. 1475. prope
 Sedunum victis, patria cum omni familia pulsus fuit.

A Raronia versus meridiem ultra Rhodanum inter Ves-
 pian et Thurstmannum pagum montes, passim sunt, in qui-
 bus vilia complures, et ignobiles viculi numerantur, qui Ra-
 ronius parent. Eodem loco est Vallis Eischolia in qua oc-
 currit argenti fodina. Ab eadem fluminis parte
 Gestila vicus est, quem Castellionem inferiorem ap-
 pellant; et prope hunc Turriana Arx ruina. Turria-
 na familia olim in Vallibus potens, et hanc Arxem et pro-
 ximam Vallem Letsehianam, item Ajentum prope Se-
 dunum, et Contegium Oppidum in Veragris possedit: praeterea in Helvetiis *Monte de Tratingia* et regio-
 ne Bernensi Lauva vici, et Tratingia Vallis eidem pame-
 runt. Verum posteaquam Antonius Turrianus Guiscar-
 dum Sedunensem Episcopum per insidias crudelissime trucidasset, Turriani bello victi et bonis exuti sunt, eorum-
 que Arx Turriana et caetera munitiones diruta sunt.

Luniza fluvius ex altissimis montibus supra Raroniam
 ortus infra Gestilam Rhodano miscetur, hic finis est
 Raroniae Decimae seu Conventus.

Eodem loco Vallis Letsehia Vallis (: Löffelthal :) ver-
 sus Septentrionem inter altissimos montes viculos com-
 plures habet, et plumbi metalla. Per hanc Vallem et
 Letsehium montem iter periculosum, et in quo multi pe-
 runt, ducit ad Helvetios in vallem Grottingiam.

3^o Conventus Leucianus (: Leuchens = Zofikon :) Raro-
 nium sequitur. Vallis est ad Rhodani lacum Gemmi mon-
 te (: Gemmi = Bory :) altissimo, et velum penè tangenti-

bus jugis undique septa, unicus tantum exitu relicto. No-
tatur hic

1^o Leuca live Lemia | Louche live Louche: | amplum oppi-
dum et Caput Conventus seu Vallis, cui nomen tribuit. Sicutum
est ad dextram Rhodani ripam milliari Helvetiae versus,
occidentem à Raronia, loco natura admodum munite: à
meridie enim Rhodanus, ab occasu Dala. fluvio ex Gemmis
monte adfluente cingitur, uterque transitu difficillimus
ponte jungitur, cui Castellum super impositum viam
munit; à Septentrione praerupto monte clauditur, ad
ortum vero caigua fauces inter montes et Rhodanum iter
angustum Raroniam versus relinquunt. Raronii
Barones Castellum quoddam in hoc Oppido olim habuere,
id bello Raronis dirutum est, ut et Ara Episcopi Sedun-
ensis, quae tamen postmodum restituta nunc quoque
durat.

Lemia plerumque Comitibus eligendis Magistrati-
bus, et cognoscendis controversiis ab Episcopo et Legatis
Septem Decimarum celebrantur, quod locus in medio
regionis situs commodissimus videatur. Ibidem
ad sinistram Rhodani litus, exstat magna porticus catat,
in qua merces, quae per Alpes in Italiam vehuntur, depo-
ni solent. Ibidem vasta quadam est vorago, quam
Torrentes, qui in Rhodanum evolvuntur, efficiunt, et
hoc loco Lemiam quondam sitam fuisse tradunt.

Prope Lemiam campus est, qui à gemitu nomen
habet, ac gemens pratum | Dünstz = live Dir Dünstz =
Matten: | nominatur à pratis, quod an. 1318. ibidem
Barones de Wadivilla | Wädijferril, et Wisenbur-
go | Wajsbubing: | Sibena vallis | Sibentfal: | in
Tractu Bernensi Dominos inter ac Vallesios initum
fuit, in quo Barones isti unum suum fere omnibus
tomidati fuerunt.

2^o Sex passuum millibus versus Aquilonem à Lem-
cia quae valle inter amoenissima prata recurrit Ther- q sub monte gem-
ma tota Helvetia celebrata, et adeo fervida, ut gal- mio
linam immixtam deplument ac ova excogant. Ipsa-
rum aqua plerumque pura, limpidaque est, sed in-
terdiu rubro colorem mutat, odore caret, nec, ut ple-
rum calida solent, Sulphur redolat; cupri et aris mix-
tura potissimum constare creditur; medetur morbis fr-
gidis et humidis, calefacit, assiccat, abstergit resol-

rit, et constringit. Borsygram mitigat; Stomachum languen-
tem roborat, et appetitum excitat; Hepar, pulmones, Sple-
nem juvare creditur; oculis lippientibus et obcuris, Spasmo,
catarcho, medetur; hydropticis et calculosis prodesse dicitur;
uterum in mulieribus debilitatum confirmat, et solvit album
bibentium; Denique inveteratas et ulcerosas curium plagas
et cicatrices, rebis male sanatas aperit et perfecte curat.

His aquis utuntur non solum indigenae Vallesiae, sed vicini
quoque Allobroges et Helvetii, quorum major frequentia
est, nisi per Gemminum |: Gemmin:| montem via pra-
ecepta, angusta, et lubrica multos domi teneret. Ea
namque est altitudo et asperitas hujus ~~stricis~~ montis,
ut non male à genitrici Gemminum nominatum qui-
dam putent, quod ~~transitum~~ illum transitori lapsa
ob laboris et periculi magnitudinem suspirant et in-
gemiscant. Vicini tamen montibus affueti frequen-
tissime per hunc montem Bernam erant, sed arata
tantum, hyeme enim est impervius.

3^o. Quatuor milia fere passuum seu Milliarum Germa-
nico communi infra Leuciam Salges vicus est, cum
Euleria S. Joannis, et Equitum Melitensium eade,
cujus auctor ignoratur.

Leuciae regionis idioma mutatur; supra oppidum istud
in universa superiore Vallesia omnes germanice loquuntur,
infra illud vero ac in reliqua regione lingua Gallica est
in usu: in ipsis tamen vicis celebrioribus Leuciam nempe,
Sideris, et Seduno paulo lautiores utramque loquun-
tur, imò in utraque Vallesia parte praesertim in vicis no-
bilioribus incola toti in id inveniunt, ut germanicam,
gallicam, Italicam et latinam linguas calleant, et, quod
gentem hanc haud vulgariter commendat, multi à plebe
offenduntur, qui has quatuor linguas perfecte loquun-
tur. Agrate vulgus tamen infra Leuciam barbara è
gallico corrupta lingua utitur ~~habet~~ gallos nec eam intel-
ligat.

6^o. Conventus Siderianus |: Sidero = Z. p. n. t. r. n. |: Leuciano
ad occidentem iungitur; vallis est, montibus utroque
congius à Rhodano recedentibus, latius aperta et soli
magis exposita. cum vitibus abundat, tum etiam
fructuum copia Superiores Vallesia Conventus longè
superat.

occurrit huc; 9. Sidera |: Sidero:| oppidum seu vicus

Sexcentis circiter passibus versus Aquilonem à Rhodano re-
motus, Caput Conventus, et à quo ipse nomen habet.

Equidem adificiorum elegantia et vicinarum munditie ple-
risque, quos ante numeravimus, pagis inferior est, sed eis-
dem soli fecunditate longè præstant.

In eo visitur Ecclesia S. Catharinae, et Arx non inele-
gans Hungariorum, qui fortunarum suarum sedem Ves-
piâ huc transtulerunt.

Versus Septentrionem pagi Siderianorum sunt Mu-
latum cum S. Sebastiani Templo. Villa, et Lagesum
cum Templo S. Mauritii.

Inter Rhodanum et Sideras Aymo Turrianus Episco-
pus Sedunensis coenobium pro Carthusianis an. 1330.
ædificavit. at regione assiduis bellis venata, exhaustis
Coenobii opibus, hujus familia Patres alias sedes qua-
rare coacti sunt: in eorum locum ex voluntate Epis-
coporum successerunt Carmelita, qui mendicatis viven-
tes commodius huc habitare valuerunt. Post
Coenobium istud in quodam tumultu Arx Sideriana,
Episcoporum sedes, quondam erat, quæ in bello Rav-
nis ab incolis incensa conflagravit: nurorum reliquiae
magnam et elegantem fuisse declarant.

Sesquihoræ itinere à Sideris versus apicem ad ripam
Rhodani occurrit Gradecium |: Gradetz live Gradetzkyf:|
quondam Oppidum, nunc dejectis moenibus in Vicum
formam redactum: servat tamen quadam adhuc Oppi-
di jura, et Nobilibus Tavellis Gradecianis parat. ~~1777~~
~~1777~~ Supra hunc vicum in rupe tres Arces erant moenibus
Oppidi comprehensa, eas bello Turriano inola vasta-
verunt et deleverunt; nunc nurorum reliquiae dun-
taxat supersunt.

Supra Gradecium ad Septentrionem est Lensa Vicus
et Ecclesia S. Petri: mons vicinus à Vico nomen habet.
Infra Gradecium occurrit Ecclesia et Vicus S. Leonardi
via Sedunensi; et juncta huic fluvius è monte Ravi-
nis, quæ in Simmiam vallam transitur, fluens Side-
rianos à Sedunis hoc loco dirimit. Bello Turriano
juncta S. Leonardi Vicum ingenti proelio Turriani victi
sunt an. 1375.

Ad alteram seu sinistram Rhodani ripam ex adver-
so Siderarum vallis est Enfischia |: Enzisthal:| duo-
rum miliarum longitudine. Præstantibus pascuis
abundat, et etiam argenti metalla habet. Haec

quondam Aaronica familia paruit, nunc pauciori imperio regitur, et propria habet insignia.

In hac valle plures occurrunt Vici, quorum praecipuus S. Euphemiae Vicus nominatur. Arx praeterea Berrigarda | Berrigard seu Bierrogard | in altissima petra extructa, qua bello Aaronico delata est. Ussentia | Ussenz | fluvius à summis montibus ortus per Enfischios in Rhodanum influit. Junta Ussentiam ex adverso Berrigarda tres Bayi Sibiris annumerantur, Fercoirum ad S. Bonifacium, vulgo Fescoirj, Schalejun | Difalozj | et Gouma. Inter Fercoirum et Gouma sunt Argenti metalla.

7^o Conventus Sedunensis | Dittongipfuntum | à fine Sideriani usque ad Morsam | Mooye seu Morse | fluvium, qui Veragros à Sedunis dividit, protenditur. Ejus longitudo est 8000. passuum, latitudo aliquantum major est, quod vallis à Lucia Imper magis expandatur, ac inter altissimas Alpes alias valles velut ramos comprehendat. Notatur hic

1^o Sedunum | Dittan, Sion | Civitas non modo sui Conventus, sed et utriusque Valeriae Caput, quarum centum ferme occupat; sita est ad dexteram Rhodani ripam 15. miliaribus germanicis ad versus Austrum à Berna, in amoena planitie ad pedem montis mediocris altitudinis, qui in mediâ planitie. Solus inter altissimos montes, quibus vallis universa cingitur, asurgit duobus verticibus. Horum unus sublimior et undique praecipis unicum detinet à civitate ascensum habet, cuiusque diffiilem per gradus sicut ad utrumque latus muro seu rupe oblaqueatos. In hujus Summitate arx est, gallicè Tourbillon velut Latine Turbo, et germanicè Turbata Finstolben seu Finstolbe, munita. Eam Episcopi, si metus aliquis pestis existat, inhabitare solent, quod illis sit aura lubricior et frigidior. In hujus verticis radice propius urbem alia est domus Episcopi, quam Majoriam | la Majorie, seu Majoroyj | nominant, olim Arx Nobilium, qui Majores Sedunenses vocabantur, sed Lauro XIV. sub Imperio Caroli IV. à Bartholomaeo Grisaco Majore vendita est Episcopo Sedunensi; in ea plerumque Episcopus residet. Alterum montis verticem Valeriam munitur: in hoc est Valeria S. Catharina et aedes Canonicorum sunt, qui ante 400. ut ferunt, annos propter asidua bella locum hunc jam olim à

4 an. 541. sub
Childberto
Francorum Re-
ge celebrato

attamen primum sub finem Saeculi VI. in ea resedere ce-
perunt Episcopi; primis enim Ecclesia Saeculis Episcopi Valle-
siae Octoduri sedem habuisse memorantur: Theodorus nam-
que Aquilejensi Concilio, quod an. 381, aetate S. Ambrosii sub
Damaso Papa, et imperante Gratiano celebratum est, tan-
quam Octodurenensis Antistes subscripsit. Constantinus quo-
que Episcopus Octodurenensis an. 517. Concilio Epauonensi sub
Sigismundo Burgundiae Rege; et Rufus ibidem Episcopus
Concilio Aurelianensi IV. ~~Episcopus~~ ~~interfuit~~. Tri-
ginta tribus post annis Octodurus unacum Valeria à Lon-
gobardis ~~positis~~ ~~devastatus~~ ~~fruct~~, qui an. 574. in hanc pro-
vinciam imperant, penitus devastatum fuit, quos deinde
Franci vicerunt. Tum Heliodorus Episcopus Sedani, cui
Longobardorum furor pepererat, resedit, atque an. 585.
Concilio ~~Matis~~ Matisonensi II. tanquam Episcopus Sedunen-
sis subscripsit.

Verum huic nostrae narrationi obesse videtur, quod Sige-
bertus in Chronicis mentionem faciat cujusdam Florentini
Sedunensis Episcopi, qui jam diu ante hujus Heliodori tem-
pora pro Christo morte perdidit. Item in ~~Agamen-~~ Agamen-
sis Coenobii, quod à S. Mauritio martyre nomen habet,
conservatione ~~memoratur~~ memoratur Theodorus Episcopus
Sedunensis. Extantum autem fuit hoc Coenobium à
Sigismundo Burgundionum Rege circa annum Do-
mini 585. At ~~jam~~ forte tunc ~~jam~~ Episcopatus
ab Octoduro Veragrorum metropoli Burgundionum
bellis vastata et diruta Sedunum translatus fuit, ac
rursus propter hujus Urbis envidia Octodurum rediit,
denique post Octoduri vastationem à Longobardis
factam, iterum ab Heliodoro translatus est Sedunum,
ubi haecenus permansit.

Cives Sedunenses Germanicè loquuntur et gallicè, plebi-
tamen etiam corrupta lingua seu Sabaudica utitur,
quam ~~Romanam~~ Romanam vocant.

2^o ~~Ajenti~~ Ajentum supra Sedunum inter ortum et Septentrio-
nem est vicus Ajentum, et Mons Ravinius |: Raffin-
borg:| per quem itur ad Simmiam vallem |: Timmons
seu Cibantfal:| Helvetiorum Bernatum. Ajenti
arcem et imperii aliquid Turriani habuerunt, ve-
rùm bello cuncta illis periere.

3^o Inde post Sittam |: Dittom:| fluvium sequitur
Crimsula |: Grimpol:| vicus unacum S. Pancratii Ecclē-
sia. Post hunc Savieffa, S. Germani vicus, et Mons
Sanctechius |: Danthflorsg:| per quem Sarma vallis
|: Danoufal:| olim Græviorum Comitum, sed jam ab

an. 1555. titulo emtionis Bernatum, aditur. Ex monte
hoc oritur Morsa fluvius: Supra hunc fluvium montem inter
et Sedunum in editissimis et penè inaccessis rupibus dua-
rum Arcium rudera cernuntur, quorum una Scou nomi-
natur, è qua Antonius Turrianus | De la Tour: | Guisear-
dum Tavalium Episcopum præcipitem egit an. 1575, al-
tera Mons ordei, vulgari lingua Montarsum | Mon-
torse, et Montorge: | nuncupatur.

4.º Ab altera seu sinistra Rhodani ripa à Regione
Seduni Bornus | Borne: | fluvius Rhodano miscetur. ortum
habet in monte Sylvio, qui Salassos sive Vallis Augustana
populos à Sedunis separat, et ad 16. millia passuum per Uren-
siam Sabem labitur: juxta illum est pagus cum Ecclesia
S. Martini, item Maffius vicus et Nana cum Templo S. Man-
nitii. Alium adhuc fontem habet Bornus, nam ex eis-
dem ferè Alpibus ad 18. millia passuum à Rhodano fluvio-
lus oritur, qui 8. millibus passuum à fonte suo priori mis-
cetur: Vallis, per quam defluit, Romensia nominatur:
aris lectura eximia bonitatis hoc loco sunt, et pagus ejusdem
cum valle nominis, nempe alter Voschius nomine. Supra
confluentes utriusque fluminis.

5.º Suprà Rhodani et Borni confluentes in montis va-
dice extat Bremisa | Bremis: | vicus, et propè hunc ex
rupe excisa sine ullis tignis et trabibus ligneis formatum
est integrum Monasterium, hoc est, Templum, cubricula,
conclave, culina, cella vinaria, p. at Monachi, qui illud
incolere, brevi omnes ob loci, ut creditur, humiditatem
ad unum omnes perière: itaque ab habitatoribus nunc
desertum est et vacuum.

S. II.
De Valeria Inferiore
seu
Sex Veragrorum Conventibus
vel
Satropiis.

Post Sedunos Veragri in eam Vallem inhabitant, à Mor-
sia flumine ad fauces usque, quà Rhodanus egreditur.
Eorum Regio, ut jam alibi dictum, Inferior Valeria nun-
cupatur; atque olim Agri Cabalici pars erat.

Veragrorum meminere Cassar, Plinius, Strabo, Livius,
qui ipsos semi-germanos fuit; itinera enim, qua ad Banniu-
um ferunt, injus jura Veragros incolere scribit, populis
Semi-germanis tempore Hannibalis obsessa fuisse tradit.
At nostrà aetate Veragri lingua Gallica sive Sabau-

dicā utuntur, quam ipsi Romanam vocant, nam cum Roma-
ni rerum potirentur, veterem suam Celticam linguam | quae
non alia fortē fuit à Germanica nisi dialecto differens, un-
dē etiam morum et lingua ratione Semigermani à Livio
dicti sunt | Sedidicere, aut potius Latinam, qualis in provin-
ciis quibusdam in usu erat, cum hac commiscetas, utram-
que corrupere. Verū in Summis Vallibus, et qua Alpium
caeuinitibus proxima sunt, incolae lingua Germanica
usum retinuerunt; proinde existimandum est ipsos veterum
incolarum esse reliquias, qui dum caeteri gentiles, hii alio
demigrarent, in his permansere sedibus.

Sunt Veragri, prout supra diximus, Superioribus Val-
lesianis, atque in his Conuentus distribuuntur, quos hucusque
numerauimus, atque hic breuiter expendimus. Igitur

1^o occurrit Conuentus Contegianus | Gondes, Gündis, et
Gontfroy, Le Gouvernement de Gondes. | Sedunensi ori-
entalis est, necnon utramque Rhodani ripam occupat.

In eo praecipuus locus est Contegium | Gondes, Gündis,
et Gontfroy | qui et Conuentui nomen tribuit, olim oppi-
dum fuit, nunc vero vicus: leuca gallica ad occidentem à
Seduno, paululum à Rhodano remotior est. Praeter hunc
adhuc alius ejusdem nominis vicus occurrit Rhodano propior,
hic Contegium planum | Gontfroy le plan | vocatur, ille Con-
tegium Castellum | Gontfroy le Chateau |

Ab his non longè distat ac propè flumen situs est Vetur-
nius | Veturin | vicus, qui eidem Conuentui attribuitur.
À sinistro latere Rhodani Neinda mons vinetis et pas-
uis amoenus, cum ejusdem nominis pago occurrit.

Paruit aliquando hic Conuentus Turrianis Comitibus, qui
in Contegio Castello Arcem habuerunt, sed bonis hujus fa-
miliae propter Guiscardi Episcopi eadem publicatis, ipso-
rum ditio Episcopatus et Rei publicae Sedunorum cepit,
Arcque diuita est, eandem ab Amatus Sabaudia Comi-
te, qui Vagrorum imperium sibi vindicarat, restitutam
Vallesiani, illo dicitō, demū diuenerunt.

Paruerunt dainde Contegiani Bernatibus; bello enim
Veragico, quot an. 1475. gestum est, Bernates supplicias
tulere Vallesiis, qui illis in stipendium Contegium dederunt:
sed bello Allobrogico an. 1536. Vallesii datā Bernatibus
Praefecturā ad lacum Lemannum, qua Aelen vocatur,
Contegium, quamvis impari permutatione, ~~repperunt~~
ejus loco receperunt, ne deinceps quisquam exterorum
vbi parti Vallesia imperaret. Contegii celeberris

est Serventum vetus et Nobilis familia.

2^o. Infrà Contegium ex Alpibus illis, qua Veragros à Bannatibus Separant, Lufferna fluvius Rhodano miscetur, post hunc Arbonius | Arbon vel Arboni | alter Conventus Veragrorum, et vias eodem nomine ad Sentaram Rhodani ripam situs sequitur, ad hunc Conventum pertinet et alter pagus Schamosius | Schamos | ad S. Andream, et Cenobium S. Petri unum conjuncto Vico.

3^o. Tertius Veragrorum Conventus est Sallionius à Sallionio | Sallion | oppido hic dictus. Oppidum hoc in edito colle et loco amoenos situm est. Arcem quoque sui nominis habuit Sedem Sallionia ~~fasstia~~ Nobilis familiae, à qua an. 1210. Warienus Sedunensis Episcopus fuit. Familia haec post extincta est. Arcem Seduni bello Veragris dejecerunt. Inter Sallionium et Arbonium vicum est Templum S. Martini et Vicus Leitrona | Leitron | Sub Sallionio est Fullicena | Fullicien | pagus, et Ecclesia S. Sulpitii. Conventus iste etiam ad Sentaram Rhodani collocatus est; si tamen Vicus Aidena | Aiden | cum Ecclesia S. Laurentii ad Sinistram hujus fluminis ripam situs accensetur.

4^o. Occurrit Conventus Intramontius | Entremont | sic dictus à situ suo, ut qui montibus altissimis undique cingatur. Binas Valles comprehendit: prima, qua magis ad orientem vergit, Balnea vocatur, & Eam fluvius à meridie defluens secat, qui prope Brauscheriam | Brausfirs | pagum alteri miscetur, ac ambo Dranse nomen accipiunt. Vicius huius est, qui à S. Mauritii Temple et Valle nomen habet. Jodocus Sillimus qui ab an. 1482. usque ad an. 1496. Episcopatum Sedunensem tenuit, quò, seditione mota, et patria pulsus est, argenti metalla primus hic invenit, quae nunc quoque cum fructu exercentur.

forte à Balneis, quae olim hic fuisse dicuntur.

Altera Vallis à Bannino monte Brauscheriam usque | Brausfirs | usque porrigitur quatuor leuis Gallicis, quo loco alter fluvius Dranse priori miscetur. Pagum, qui duabus leuis à Summo Bannino iugo distat, S. Petri Burgum | S. Petersburg | appellant, ab eo vallis nomen accipit. Quatuor milibus passuum post hunc Lida sequitur, et pari post Lidani spatio Ovicara vicus

et S. Nicolai Templum. Oriera, S. Petri Aox
et Balnea singuli pagi propria distinctaque jura
et peculiaria insignia habent.

Brancheria praecipuus hujus Conventus Pagus 20.
milia passuum à Summo Benino distat: celebre hic
est S. Stephani Templum. Saxo: Saxe: Vicus
octiduo propinquus Intramontionum est unicum
Arae, quae in praerupta rupe collocata bello Vegravi-
co diruta est. Ex altera Septentrionali Rhodani ri-
pâ Vullisus pagus est et Templum S. Martini.

A Branchiera Vico per S. Petri Vallam et Ben-
ini jugum, quod nunc Montem S. Bernardi majo-
rem, ad distinctionem ejusdem nominis montis in
Sabaudia Augustanam Vallam inter et Tarantasi-
am Siti, qui Minor dicitur, vocant, iter est ad
Salafos seu Cademontanos.

4 Canonorum
Regularium
ordinis S. Augus-
tini, idusque
amplissimum,
ut quod 600. cir-
iter personas
continere vale-
at,

In Summo Benini jugo coenobium extat in quo
hospitibus excipiuntur omnes, qui per has Alpes iter fa-
ciunt. Etenim mons ipse aspidibus nivibus tactus,
et omnia latera ab utraque parte squalida et steri-
lia sunt: itaque jumentis, Sarcinariis ex proximis
celebrioribus vicis omnem annonam in montis ju-
gum convehere necesse est. Hujus coenobii Reli-
giosi peregrinos magnâ humanitate, in quocumque
demum sint religionis, excipiunt, et quotidie ab utro-
que montis latere illis obviam progrediuntur, cibum
et potum de lapatis adferentes, viam ostendunt, et
in monte superando illis sunt auxilium. Per tres dies
peregrinos apud se detinent et refoeculant, pauperibus
per idos dies gratis dant victum, qualescunque quoque
arbitratu Symboli loco munera tribuunt. Si qui
hic moriantur, cum nihil terrae hoc loco sit, cui man-
dari possint, in sacellum paulo remotum à Monasterio et
indique glacie obsepum deferuntur, in quo Cadavera
propter frigoris caussam diu incorrupta manent.

Qui coenobio praest Eleemosynarius vocatur, ac in
Lausannensium Episcoporum Annalibus traditur Hart-
mannum hujus coenobii Eleemosynarium circa annum
christi 891. Lausannensem Episcopum factum esse.
Quo tamen tempore Coenobium hoc primum conditum
fuerit, ignoratur, vetustissimum esse nemo dubitat;

at verisimile est longè ante ejus originem hoc loco hospiti-
tium aliquod in usum peregrinorum fuisse, quod postea in
coenobium commutatum fuerit.

Domesticiis monumentis proditum est in hoc monte
idolum quoddam fuisse, quod petentibus responsa dederit.
Livius lib. 21. scribit: fuisse in summo saxatum vertice
Boevinum, et ab eo montem nominatum. Quibus
Jovem hic saxatum fuisse arbitratur, et idè hoc Al-
pium jugum Montem Jovis nuncuparunt, ex quo post-
modum vernacula lingua Montjoie vel Mont-Jou
factum fuit. Posteaquam viri Salasii et Veragri
ad agnitionem Christiana fidei venerunt, Bernardus
Sacerdos ex Augusta Praetoria | Aosta | pia et sanctae
vitae homo idolum deiecit, et coenobium eo loco in
usum peregrinorum instituit, à cuius deinde nomine
mons iste S. Bernardi dictus est.

5.º Martinianensis Conventus | Dir Land Hoigtrij Marti-
nais, le Gouvernement de Martigny | proximè sequitur,
et primum Vallis mediocri spatii inter montes occasum
versus se se diffundens, quam Tridentinam vocant,
in qua ferrum è montibus effoditur: per hanc iter ad
Bodiontios*. Notari meretur hic

Martinianum, seu Veragrorum Vicius | Martinais,
Martigny | venustum oppidum ad orientalem Dransa flu-
vii ripam, qui aliquot centenis ab eo passibus Rhodano mis-
cetur, situm in planitie inter praesatos montes, duobus mil-
liaribus Helveticis ad occidentem à Seduno, et uno versus Aus-
trum ab Aganno. Ad alteram et occidentalem Tran-
saripam Castrum in praecipiti rupe collocatum est,
quod aliquoties vastatum Episcopi Dillius et Mat-
thaeus Cardinalis restituerunt. Hoc loco via per
Alpes se in duas partes dividit, una per Sedunos et Vera-
gnos ad Sempronias Alpes et Turcam aliisque juga ducit,
altera per Intremontios et Berninas Alpes ad Salasos.

Martinianum est Octodurum veterum Urbis quondam
calabris et caput Vallensium. Illius vetustatem produnt
Romanae Inscriptiones. In illius Templi angulo haec
legitur, aut lecta fuit.

R. I. Augusti . F.

J. Nepot.

Pj. Vetuti.

C. I. Cos. I A.

* Bodiontii seu
Ebroduntii ve-
tates gallicae po-
puli, qui non
procul à Lau-
lemans in Ba-
ronatu Goffi-
niensi in Sa-
bandia sedes
habuerunt.

Et in columna è nudi lapide sub posteriore portam
ejusdem Templi ista exprimitur.

Imp. Casari Val.

Constantio Pio

Fil. Invicto Aug.

Divi. Constantii. Pii. Aug.

Filio. For. C. Val. Bono

Reipublica nato.*

* Ajunt has Inscriptio-
nes hanc amplius
antare, sed Callesio-
ticorum negligentia atque
vituperabili, dum
Eulenia vicinis ad-
fiscaretur, pefun-
ctas fuisse.

* Bagaudae sive Ba-
caudae Galliae po-
puli, qui instigante
Anano Romano
Juliano de Augusto
vocaverunt. Quod
veteres Bagaudae
latronem significa-
bat: et apud Prope-
rum in Chronico et
Salvianum lib. 5. p.
91. Bagaudia vel
Bagaudae idem est
ac latrocinium.

Maximianus, Herculius à Diocletiano
post mortem Carini
in Imperii consorti-
um assumptus, illos
an. Chr. 285. vel 286.
devicit, nec tamen
penitus extirpavit,
verum longè post de-
mò turbas excitave-
runt, ut quorum
adhuc saculo v. men-
tio fiat, ubi in Gal-
lia et Hispania
tumultuasse me-
morantur.

Octodurum Julii Caesaris aetate Oppidum fuit,
atque ibi cum Veragris et Sedunis Galba Caesaris Lega-
tus pugnavit, et Victor illud incendit. Postea (forte
tunc) cum gentes illae Alpinae omnes à Casare Augusto
devictae fuerunt: Urbs factum est, et incolae Latii do-
nati. Sequentibus deinde saeculis Maximianus
Herculius cum exercitum adversus Bagaudas* duces
Octodurum venit, et ibi sacrificiis peractis milites
sacramentum dicere iussit, ac Thebeam Legionem
unam Primicerio suo Mauritio, id facere, quod
Christiana est, vehementem Agauri, sebi tunc ipsa
erat, trucidari iussit.

Ab illo tempore creditur in his regionibus fidelium
numerum crevisse, nam sanguine piorum rigatur E-
ulenia Christi. Numerus autem credentium aucto uni-
Episcopo Eulenciarum cura commissa est, qui Octoduri sedem
suam primitus habuit. Postea cum Burgundiae Reges,
Sub quorum imperio Veragri et Seduni tum erant, affli-
ctis bellis à Francis peterentur, Octodurum cum uni-
versa velle multa prope sum vastatumque fuit, pro-
ut supra memoravimus, et ab eo tempore nunquam
pristinum splendorem et dignitatem recuperare voluit.
ac Episcopatus inde ad Sedunos translatus est, Octodi-
ri vero in locum Civitatis Oppidum successit frequen-
tior tamen et notior propter Mercatores, quibus hanc
frequens per Alpes iter est. Sub Octoduro ad Sinis-
tram Rhodani hi vici sequuntur, Juriana, Servan-
tia, et Verosa.

6^o. Denique occurrit Conventus Mauritianus: Dio-
lanis Voigtoij St. Mauris, Le Gouvernement de St. Mau-
rice: | positus ad Septentrionem Martiniacensi Sabau-
dianam inter et Rhodanum ubi ad Septentrionem cursum
suum flectit, et qui illum à Bernatibus separat, ~~constat~~

angustis admodum limitibus coarctatus, nec non versus Aquilone-
 nam ad lacum genevensen usque porrectus. Occurrit hic
 Mauritianum, apud Veteres Agaurum | S. Maurice, |
 St. Maurice: | Oppidum ad sinistram Rhodani ripam ubi
 ad septentrionem effluit, situm milliari Helveticis versus
 Caesum ab Octoduro. Iuxta ibidem montes in unum
 parem coeuntes, exiguo spatio, qua Rhodanus effluit, re-
 licto, valem praeruptis et altissimis rupibus quasi mu-
 ro quodam claudunt. Incola Rhodanum eo loco
 ponte fornicato stravit, cui Castellum additum est,
 et porta ponti imposta, qua tota Vallis clauditur:
 montes enim hyeme plerique impervi sunt, ipsa etiam
 aestate difficulter transiri possunt, nec ulla via mili-
 taris et convehendis arribus tormentorum apta per
 hos montes potest: praeterea singuli aditus et summa
 montium iuga in Vallesiorum sunt potestate, qua ipsi
 exigua manu teneri facile possunt. Recte itaque
 Incola totam Vallis suam unum quoddam Oppidum
 censent montibus quasi muribus munitum, cujus porta
 Mauritianum seu Agaurum est. Locum hunc a
 Julio Casare bello Gallico munitum fuisse plerique cre-
 dent, ut sic Alpium transitum in potestate haberet.
 Agauri extant vetustissima inscriptiones Romanae,
 quae illius antiquitati testimonium perhibent. Uni-
 cam hic atteximus

V. F.
 Julia Decum. fil.
 Decumina
 Flaminica
 D. Pansio M. fil.
 Severo An. XXXVI.
 IV. Decumina mater
 fil. Pientissimo
 X Pansio. Cor.
 ... filio. Severo.
 II VIR. FLAMINI
 Julia. Decumina
 Marito.

Multa etiam inscriptiones in Templi pavimento, & quod S. Mauriti
 parietibus et muro caeteri visuntur, sed vetustate
 ritto,

exesa sunt et attrita ita, ut vix paucissima littera agnos-
ci queant. In sacello ejusdem Templi supersunt tres
columnae marmoreae antiqui operis, et paves summan
oram pavimentum tessellatum variegati coloris.

Agauri à Maximiano Imperatore, quod jam supra me-
moravimus, Legio Theba, cujus Dux erat Mauritius,
propter confessionem Christi nominis caesa est circa an.
chr. 285. vel 286. Ab eorum martyris annis circiter
230. cum locus hic apud Burgundos, qui in his regioni-
bus Dominabantur, magna venerationi esset, Sigismun-
dus Rex Burgundiorum Maximi Genevensis, Theodori
Sedunensis et aliorum Episcoporum oratione et precibus
impulsus, ibidem in honorem horum Martyrum cele-
bre constituit Coenobium, quod, si fides Chronici Meri
Aventicensis Episcopi, an. 419. coeptum et an. 522. perfectum
fuit. Eidem à Sigismundo S. Severinus tanquam Abbas
praefectus est, ibidemque amplis redditibus instruit, quod
dotationis Tabula testantur.

Monasterii hujus
Religiosi speciale institutum et Regulam sectabantur
se in Speciales coetus divisi erant, qui sibi invicem hu-
cidentes die nocturne Laudes Divinas Decantabant.

Volunt aliqui hoc loco jam antea tempora Sigismundi
Burgundiae Regis Coenobium Stetisse, à Tarnada Oppido,
quod attingebat, Tarnadense dictum, cujus, ut et
Regulae, quam in eo Monachi servabant, meminit
Antonius in Iti- S. Benedictus Ananienis in Longopetronia Langedocia
nerariis, illudque seu Occitania Abbas, qui sub Rege Sauli VIII. et post
Octodurum inter initium Saeculi IX. floruit, ac an. 821. 11. feb. e vivis
et Bennelocum excessit, in libro, cui titulus, Concordia Regularum.

* Tarnada urbs
seu Oppidum.
Illiis meminit
Antonius in Iti-
nerariis, illudque
Octodurum inter
et Bennelocum
seu Bennilucam
Vand. ~~urbem~~ urbem
collocat. Vire-
tur Agauris pro-
ximum fuisse, vel
potius ipsum Agau-
rum fuisse; nec
enim ubilibi Tar-
nadae urbis seu
Oppidi, quod Agau-
rum proxime sit-
tum fuerit, extat
memoria.

ubi eandem Regulam Tarnadensem nuncupat; quod
deinde Sigismundus ~~restauravit~~ restauravit, ac vicis, dota-
vit, quemadmodum colligi videtur ex sermone, quem
S. Avitus ^{Viennensis} in Delphinatu Archiepiscopus ibidem ha-
bruit, de innovatione Monasterii Agaurensis. Ex
quo habetur Coenobium istud antiquato Tarnadensi nomi-
ne, jam tum Agaurense nuncupatum fuisse, quod nomen
et postmodum obolevit, ac modo ad S. Mauritium
dicitur. Propagato dein post medium Saeculi VI.
per universam fere Europam S. Benedicti Ordine et Insti-
tuto, illud et hujus Coenobii Monachi auxilium sunt.

** S. Avitus obiit an.
523. 9. feb.

Subinitium Saeculi IX. Carolus Magnus huc, reliquias
Martyrum Thebeorum veneraturus venit, et Althes

Abbatum simul et Episcopi Sedunensi, ac Monachis multa largitus est. Eiusdem Imperatoris filius Carolus Leonem Papam Romam ad Carolum Imperatorem proficientem Aganum suscepit, et ad patrem deduxit. Ludovicus vero Caroli M. filius imperante Monachis, quod, ut ajunt quidem ajunt, dissolutam agerent vitam, ejatis, eorum Canonici & loci saulares ab ipso fuere substituti, sub his, ~~postquam~~ Coenobium, dissipatis illius Episcopi, ad summam pervenit egestatem, malum auerunt Saraceni, qui Saeculo X. ex Provincia, ~~quam~~ I: Provence: | quam occupaverant, in has plagas irruentes, omnia devastare, atque etiamnum Coenobium hoc incendunt. Tandem, cum longo tempore vastum jaciisset, Amadeus, ^{III.} Maurianae Comes proibus Hugonis Gratianopolitani Episcopi permotus, Aganum venit, et abalienata hujus Ecclesiae bona restituit, Monasteriumque Canonici Regularibus Ordinis S. Augustini an. 1128. ~~tradidit~~ tradidit, quam traditionem Honorius II. Summus Pontifex confirmavit. Tum Coenobii hujus opes, aucta sunt, nam Petrus Tarentaricus Episcopus eidem non pauca donavit, et Amadeus Comes Praeserturam Balnearum attribuit & aliorum quoque liberalitate et Monachorum diligentia non parvum incrementum brevi tempore illorum opes plurimum crevere, et ab Eugenio Papa III. facultatem obtinuerunt sibi Abbatem eligendi, cum prius non nisi priorem habuissent; igitur an. 1146. Hugo secundus hujus Coenobii prior abbas ab Imperio eodem Papa Lugduni appellatus est: quo anno ab ipso Monasterio Templum honoribus S. Mauritii dicatum traditum fuisse consecratum. Eadem dignitas et ritus institutum hodie manet. In Templo ~~apertum~~ S. Mauritii gladius in argentea vagina aperatur.

Fuerunt Sigismundum Burgundiae Regem hujus Monasterii fundatorem seu restauratorem, penitentiam ductum, quod filium suum Sigismundum instigante uxore interim jussisset, in illud se contulisse, ac ibidem pluribus in lacrymis et jejunio transactis diebus a Deo veniam delicti sui implorasse.

Abdicato et mortuo Carolo Rege Imperatore Rudolphus I. Comiti Comitis Parisiensis filius, cum penè omnia in Imperio fluctuarent, eorum quoddam Regnum in Helvetia et Valeria usque ad Alpes inter Galliam, Italianam et Germaniam instituit, quod sub nomine Burgundiae Transjuranae notum factum est, atque,

17.
156

quod jam supra retulimus, an. 888. in hujus Coenobii Ecclesia
ab aliquibus, Episcopis in Regem coronatus est.

Anno 1692. Monasterium istud igne penitus consumtum
fuit, illudque incendium Monachis plus quam centum
millibus florenorum stetiſſe dicitur; at brevi post ele-
gantius, quam antea fuerat, restauratum est.

Simlerus Descript. Valles. lib. 1. ait, se à viris gravi-
bus et ab omni Superſtitione alienis, qui se oculatos
testes aſſerebant, audiviſſe, in piscina Coenobii hujus
piscis ſervari pro Religioſorum numero certis notis in-
ſignitos, quorum ſi quis moritur, brevi Monachorum
aliquem conſequi, ac omnino certiffimam ſortem illo-
rum aliteriſſe portendi, ſi piſcis mortuus in aquis appa-
reat. Quendam tamen fidem huic narrationi devo-
gant, atque nullos alios piſces in vivariis Coenobii ſer-
vari ajunt, quam truttas è Rhodano huic delatas.

Aganum etiam à Thermis, quæ ibidem ſunt cele-
bratur.

Subsectio II.

De Rhatia, seu Republica
Grisorum.

Rhatia sive Republica Grisorum | Rhatien,
sive Graubündten, vel etiam Bündtens-
Land, Le pays des Grisons, Il paese dei Grigis-
ni: | à Casare lib. 4. in Lepontis Alpibus* circa
binos Rheni fontes collocatur: Rhenus, inquit, ori-
tur ex Lepontis qui Alpes innotuit. Unde colli-
gitur hodie nos Rhatos seu Grisonos eas habitare
plagas, quae olim Lepontionum fuerunt.

Rhatia nomen sortita est à Rhatos Tuscorum Du-
ce, sub quo à Tucia sive Etruria | Toscana: | patria
huà à Bellovero seu Belloviso Ambigati Gallia Re-
gis ex sorore nepote 400. circiter ante Christum an-
nis aetate Tarquinii Prisci Romanorum Regis puls-
i in hanc regionem se receperunt, atque veteribus il-
lius incolis, qui pauci admodum fuisse dicuntur, jun-
cti et permixti fuerunt. Postmodum alii adhuc
Italiae populi Hannibalem Boenorum seu Carthagi-
nensium Ducem, qui Italiam invaserat, fugientes
has inter horridas Alpes tutum quaesierunt asylum.

Omnes dein tam veteres quam novi Incolae à Rha-
to Duce Rhati fieri nuncupati, ac ipsa Regis, ut pri-
us dictum, Rhatia. Postea etiam Cani seu Gri-
sci, vel corrupta eorum populorum lingua Grisonos |
Graubündten, Grisons, Grigioni: | appellati sunt, Tus-
cis, ut quidam auctores, auctoribus, qui, cum primi
vocati fuerint Rhati, hinc caeteros Incolas antiqui-
tate nominis anteverterint, tanquam illorum Seniores
Cani seu Grisci, aut Grisonos nuncupati sint, quod
nomen deinde ad omnes hujus regionis populos propagatum
fuerit.

Alii volunt eos à potente quodam et Nobi-
li hujus provinciae viro, cui Canis nomen fuit, sic dictos
fuisse. Alii denique huius nomini recentiorum tri-
bunt aetatem, arbitrantesque Rhatia Grisorum Joe-
deratorum seu Grisonum | Graubündten: | nomen at-
tributum fuisse, quia, qui saulo XV. inter se se juncto fo-
dere jugum Dominorum illorum, à quibus nimium premi-
sa putabant, excusserunt, rudibus grisci et domestici pan-
ni vestibus induti erant.

* Per Alpes Lepontias
vel Lepontinas | Sic
Lepontia vel da-
gotini | per Algon: |
omnes illi montes
intelliguntur, qui
à Benninis Alpibus
ad Summas usque
pertrahuntur. In-
ter binos Rheni
fontes et lacum Ver-
banum sive Mayo-
rem, necnon in Du-
catu Mediolanensi
et Helvetia siti sunt.

Alpes Summa Ben-
ninas attingunt, et
Ducatum Mediolanen-
sem ab Helvetia se-
parant. Quidam
has omnes, quod con-
tingit sint, sub Adula
montis | Adler, Bigle: |
nomine comprehendunt.

Inter eas praecipue
celebratur Mons S. Go-
thardi, Adula propria
sequitur, tum Crispal-
tes, deinde Lucomonis
mons seu S. Barnaba
| Luchmaniroda Berg: |
Adula seu S. Bernar-
dini Mons | Vogels-
Berg: | qui pars est
Montis S. Gothardi,
et Furca seu Furcu-
la | Gabol, Fow-
cha: | quae etiam ra-
mus est montis S. Go-
thardi.

Aliqui sub Adula mon-
tis nomine compre-
hendunt Montes S. Gothardi,
Crispaltum,

Aviculam, Furculam, Ubi populi isti sedem suam in hac regione fixerunt, tum
 et Adulam propriam. Urbes, et Arces munitas ubique exstruxerunt, quorum reliquiae
 variis in locis adhuc supersunt, et sane nullibi alia occur-
 rit provincia, quae tot Arces, et munimenta contineret ac
 Rhaetia continuit. Deinde etiam versus Galiam, Ita-
 liam et Germaniam limites suos protulerunt, jamque sub
 Consulatu Graei Pompeji Strabonis Pompeji Magni ge-
 nitoris Tridentum, Veronam, et Comum usque porrigeban-
 tur; post quoque in Germaniam postea Lacum Bodanum
 et Lycum | ~~Lyca~~ Lyca | Bojariam usque protenti fuerunt, ac
 hodie adhuc in Suevia ad fines Franconia occurrunt
 satis amplus Tractus, qui ab illorum nomine Rhaetionensis Ba-
gus | Rioß vel Im Rioß | nuncupatur. Verum successu
 temporis ad antiquos limites suos repulsi sunt, intra quos
 hactenus se continuerunt.

Varia bella cum Romanis totius Orbis Dominatum in-
 hiantibus gesserunt, ac tandem sub Imperatore Octavio
 Augusto ab ipsis privignis Tiberis et Druso Severi inter
 primitivos limites suos, quod prius dictum, se receperunt, eo-
 rumque regio Romana provincia facta est. Labacenta
 deinde Romano Imperio Franci illius Dominium obti-
 nuerunt, tandemque Germanis Imperatoribus subiecta

* An. Chr. 670. sub fuit*

Childerico Fran-
 corum Rege Hun-
 ni Rhaetiam Di-
 sestinam | Disen-
 tis | usque miserè
 depopulati sunt;
 et an. 950. Sarraceni
 eadem calamitate
 illam affecerunt.

Tam sub Francorum Regibus, quam Germanicis Impe-
 ratoribus Duces, postea Praefectos seu Comites habuit, qui
 vicario duntaxat nomine variis ipsis partibus Dominati
 sunt, ac ad nutum Principis, non autem hereditario jure, libi
 invicem succedebant: verum tandem eò rem perducerent,
 ut eorum regionis hujus orarum, quibus praerant, absolu-
 ti Domini evaserint: majori quoque illius parti Episcopus
 Curienis olim Dominatus est.

Rhaeti, ubi successu temporis de Imperatoribus ob pro-
 clara eisdem praestita obsequia bene meriti sunt, magna
 privilegia et immunitates ab ipsis obtinuerunt. Qui
 Comitum subditi erant, libertatem suam pecuniis redime-
 runt, vel entinctis ipsis familiis liberi facti sunt; de-
 nique qui se ab ipsis nimium premi putabant, suntis ar-
 mis jugum illorum excusserunt. Episcopi quoque
 Curienres sensim, praecipue autem ubi rerum Status in Rhe-
 tia aliam faciem induit, omni, qua in ea potabant, aucto-
 ritate deciderunt ita quidem, ut modo in legitimis nego-
 tiis nec partem nec influxum ullum habeant. Ipsa
 Domus Austriaca repetitis vicibus tantum de suis in illa
 juribus vendidit, ut nunc eisdem nihil sit residuum pra-
 ter Regonam | Rhatzuns | exiguam ditidionem, in quam
 supremum Dominium etiam retinent Grisones.

4 formè

Hic ergo populi plena sic adeptâ libertate Rem-
publicam Democraticam, cuius scilicet Suprema
potestas penes populum est, instituerunt.

Universa regio haec penitus inter Alpes sita
est, necnon vallis minimis aut magis angustis,
quas montes praesalti coartant, constat. In
his varia occurrunt aquae metallica, ut et fontes
proximorum Europae fluminum, Rheni scilicet,
et aliorum.

Non adeo salubri et juvando
fruitur aëre, solumque ejus fertilis esse posset;
antim tamen illius fines, nempe Majoriblenis di-
ctis versus Aquilonem et Graugallia versus austrum,
in satis ameno climate sunt positi, necnon fri-
menti et optimi vini feraces. In ipso Regionis-
corde avena, hordeum, et quibusdam locis Siligo
metuntur; hinc inde occurrunt quaedam fertiles
vallis. In Alpibus permulta pasuntur aomen-
ta, à quibus ingens compendium faciunt Incolae. Ge-
rina hic etiam est copiosa, fluviique et exigui.
quidam lacus pisces abunde suppeditant.

Incolis est frequentissima, qui partim Catholici
partim Protestantes sunt, hi, an. 1524. Zwinglia-
nismum amplexi sunt prioresque numero superant.
Speciali utuntur idiomate, quod corruptum Itali-
cum refert, Germanicum tamen ferme ubique in-
valuit. Quantum ad mores medicum quoddam
Helveticos inter et Italos tenere videntur; Helvetii
sunt vivaciores, idque participant ab Italorum vic-
inia, at ingenitate et sinceritate Italos longè su-
perant, et in hoc Helveticos imitantur. Libertas
qua gaudent, et quam sollicitè tuentur, hilares, cor-
datos simul et elatos efficit, unde etiam est, quod vul-
gus, qui ubique sectatur abusum, ferocis et arro-
gantis sit animi. Militiam amant, et frequen-
ter in caeterorum Principum exercitiis stipendia me-
rentur, quod ipsorum animositatis et fortitudinis,
quâ jam ab antiquis temporibus celebres fuerunt,
est argumentum.

Quidam per Campos Caninos, quorum Ammianus
Marcellinus lib. 15. c. 4. meminit, Rhaetos intelligi vo-
lunt, atque vocem hanc Caninus à voce Canis que Gra-
ecum ἰσθμῶν significat, derivant, quam tamen

aliunde ducit Sidonius Apollinaris Panegy. Majoran.
v. 375. Alii vero Campos Caninos circa Cliviam eius-
dem nominis Ducatus in Westphalia Metropolim collo-
cant.

Rhætia hodie in tres partes ~~dividitur~~ dividitur
qua foedera | Bündt, Ligue, Leghe: | vocantur:
Suntque Foedus Canum seu Superius | Duo Graur =
Bündt, seu der Oberr vel Altr Bündt, La Ligue Gri-
ge seu Superiore, La Lega Grigia seu Superiore |
Foedus Casa seu Domus Dei | Gotts = haüß = Bündt,
La Ligue de la maison de Dieu, vel corruptè de la
Caddée, La Lega della casa di Dio, corruptè della
Caddèa: | Foedus Decem Communitatum sive Ju-
dicatorum | Duo Bündt Duo Jopz Apponion vel Ju-
son = Gricst = Bündt, La Ligue des dix Commune-
autés vel Jugemens, La Lega dei dieci Giudizii
seu Communita: |

His tribus Rhætia partibus versus Austrum et Ori-
entem junguntur simulque subduntur Comitatus
Clavennensis | Duo Grauppsast Clavon vel Clivon,
La Comté de Chiavonne, La Contea di Chiavenna: |
Vallis Telina | Das Holtolin seu Holtlain, Le Val-
telin, La Val Telina: | et Comitatus Bormienseis
| Duo Grauppsast Worms, La Comté de Worms,
La Contea di Bormio: |

Rhætia sic distributa limites sunt ad orientem
Comitatus Tyrolensis; ad Austrum Ducatus Medio-
laniensis, et Dominium Venetum; ad Occidentem
Gagei Helvetici Uriensis et Glarouenses, necnon
Comitatus Sarunetus; et ad Septentrionem Comi-
tatus Brigantinus. Eius longitudo ab Austro ad
Aquilonem est 17. miliarium Germanicorum, lati-
tudo ab occidente ad Orientem non ubique est aqua-
lis, maxima est 15. vel 16. miliarium.

Cum saepenumero hostes Rhetos adorti, necnon ipso-
rum regionem depopulati sint, hinc, quò se adversus
hujusmodi vastatores firmius teneri valerent, Incepi-
ve non modo inter se se, sed et cum vicinis sibi Vale-
siis et Helvetiis Societatem inire et foedera pangere
consultum duxerunt: primum quidem aliqua Com-
munitates inter se se privatim et sub speciali ti-
tulo seu nomine, tum pariter aliae, tum denique
aliae foedus inierunt; unde triplex horum foederum

genus dicitur est scilicet Canum, Domus Dei, et De-
cem Indivisionum seu Communitatum, quae simul iuncta
 Societate velut in unum coalescere, et communito à
Canis seu Griseo, quod primò omnium, prout memo-
 rant qui de rebus Rhaetis scripsere, quaedam Commu-
 nitates inter se se pauerunt, Regionis huius Incola
Canis seu Grisei, et demum per vocis corruptionem
Grisones, ut iam supra retulimus, dicti fuisse viden-
 tur. Postmodum iidem Rhaeti seu Grisones cum
 Valeris et Helvetis, non quidem simul, sed successi-
 vè foedus iniierunt, quod datâ occasione notabimus;
 Haec de Rhaetiâ seu Grisonum Regione, illius Indolis
 et Subditis generatim. Modò singulas ejus partes et
 Dominia distinctis paragraphis expendimus.

§. I.

De Foedere Canis seu Superiori.

Foedus Canum sive Superius et Antiquum |: duo
 Graiv= seu Oberr= et Altr= Bünd, La Ligue Grise
 seu Superioris, La Lega Superiore sive Grigia: |
 tanquam reliquorum duorum primum et principium
 eisdem nomen suum impartitur. Confine est ad
 occidentem Bagis Helveticis Glaronensi et Uriensi
 necnon Praefectura Bilibitionensi; ad Austrum, ubi
 omnino angustum est, eidem Bilibitionensi Praefec-
 tura et Comensi Tractui; ad Orientem et Septentrio-
 nem Foederi Domus Dei. Eius longitudo ab Aus-
 tro ad Aquilonem est 12. miliarium Germanico-
 rum, maxima latitudo ab Occidente ad Orientem
 6. miliaria itidem Germanica aequat.

In cobini fontes Rheni occurrunt, unus, qui Rhe-
nus Anterior seu Inferior dicitur, sub Crispalta mon-
 te; alter, qui Rhenus posterior seu Superior voca-
 tur, sub Avicula seu S. Bernardini monte scaturi-
 unt; tum versus Aquilonem fluentes septem à suis
 scaturinibus miliaris Germanicis non procul à Re-
Zona |: Rätzjund:| Arce junguntur, relictisque
 suis cognominibus simpliciter Rhenus vocantur, qui
 reliquam perfertur regionem.

Foedus istud 18. vel 19. Communitates complectitur
 quarum Incolae partim Catholica partim Calviniana
 seu Zwingliana sacra profitentur. Haec Communita-
 tes ita inter se se coeunt, ut octo sumantur magnas Com-
munitates efficiant. Hic notari mereantur

10. Disertina, Disertina, Dissentium, Diserti-
num, Desertinum, et Dissentium | Disertis: | Perce-
lebre ac principale Ordinis S. Benedicti Monasterium,
cui jungitur Oppidum ejusdem secum nominis ad Lavam
anterioris Rheni situm miliarium gallico versus Aquilonem
ab Aetnatis.

Prima hujus Coenobii fundamenta juisse dicitur S. Sige-
bertus natione Scotus et S. Columbani Discipulus, necnon
Rhetorum Apostolicus. Hunc unicum S. Gallo et aliis
idem S. Columbanus à Scotia in Helvetiam sub initi-
um seculi VII. adduxit, ut hujus regionis Juvas idolo-
latrice tenebris plerumque adhuc obvolutos Christiana
fidei mysteris imbuerent. Anno dein reparata sa-
lutis 614. vel 616. S. Columbanus ac socii in Italiam
profectis Sigebertus primus in Valle Ursaria sub
monte S. Gothardi substitit, at cum locus non satis
solitarius sibi videretur, superatis Crizaltæ jugis
in Rhatiam ad Aetnates se recepit, ibique non pro-
cul ab anterioris Rheni fontibus sibi adiuclam eo loco,
ubi nunc Monasterium extat, edificavit; moxque per
multi eximii suis concionibus ac vita austeritate iberti
ad eum confluerunt sub ejus ductu vitam coeniticam
acturi, inter quos facile præcipuus fuit Placidus vir
nobilis ac illius plagæ Dominus. Hic dum Victoris Rhe-
tiae Comitis tyrannidem agueret, ipsius jussu capite
truncatus est, tum, quod eundem narrant, truncus ipse
in pedes erectus præcisum caput à terrâ sublatum pan-
noque involutum secum, viam ad Magistrum suum
S. Sigebertum relegens, detulit, et eam occurrenti sibi
vidam mulieri insolitum ac triste Spectaculum hoc
obstupescenti porrexit, Neque sine capite ad illum
venit, ^{quo} cum terrore simul ac humo dolore exceptus,
propè adiuclam suam sepultus est eodem loco, quo post-

* Alii historiam hanc modum ipse tumulatus fuit. Non diu post ibidem in
referentes de muliere, honorem S. Placidi Ecclesia fuit constructa cujus ad-
vici S. Placidus caput junctum Monasterium, quod piorum fidelium largitate
suum possedit, silent, et munificentia haud vulgare hincit incrementum.
ajuntque duntaxat Sunt qui valint, illud ab ipso S. Placido jam antea per
ipsum illud immediate datum fuisse. Non diu post tamen scilicet an. 637.
ad S. Sigebertum attu- Sub Chilvico Francorum Rege ab Hunnis in omnem
liffe. Similis his- Rhatiam illapsis forde devastatum fuit Monachis per-
toria de S. Gaudantio, tim timidatis partim fuga dilapsis: postquam dein
ejus corpus Casaccie per 97. annos Desertum stetit Carolus Martellus
| Casaccie: | Brogallia | vico in an. 740. subsidiarias copias in auxilium Gregorii III. Ca-
| Brogallia: | vico in | an. 740. |
Ecclesia quiescit, et pæ contra Longobardos ducens inter rudera collapsam

restauravit: colere demum dispersi per silvas Monachi, ac
 S. Ursinum postea Curiensem Episcopum Abbatem dixerunt.
 Eidem successit S. Tello à Brigantia Comitum stirpe natus:
 hic favente Bipino Caroli Martelli filio an. 800. novam
 Monasterii fabricam molitus est, quam successores sui per-
 fecerunt. Majorum vestigia secuti Reges ac Principes
 Carolus, et Otto Magnus cum Adelaide conjugè cœnobii-
 um hoc magnificis muneribus ditaverunt. Verum post
 893. circiter annos, videlicet an. 1333. Abbas Martinus
 de Saeco [Dax] ortis ipsius inter ac Urianenses
 diffidii, infelici morte contra eos pugnavit non sine
 summo Monasterii ac subditorum damno penèque
 exiitio. Inter Abbates Disertinenses etiam celebra-
 tur Petrus de Bultanunga [von Hiltzingen] auctor
 Cani et primis Rhatia Gordenis an. 1402. initio, et Chris-
 tianus, quem Maximilianus II. Imperator an. 1570.
 S. R. I. Principem creavit, eique jus eudenda moneta
 concessit.

Circum Disertinam exalvi montes occurrunt, in
 quibus sunt avis, ferri, et glarea seu pyritis fodina
 ad Monasterium spectantes, quæ ab aliquo tempore di-
 ligenter coluntur.

Abbas Disertinensis Caput
 est non modo majoris Communitatis, quæ à nomine Mo-
 nasterii sui Disertina nuncupatur, sed et totius Goe-
 denis Cani, necnon in illius publicis Comitibus seu Conventi-
 bus præsidet.

Disertina Communitas quatuor
 Jurisdictionibus sive, ut ajunt, Tribunalibus Curialibus
 constat; Suntque Disertina ipsa, Atnatium, Brige-
 lium, et Trona, quæ ad levam anterioris Rheni jacent.
 Specialis autem Disertinensis Jurisdictionis comprehen-
 dit præter Oppidum Disertinense vicus Saecum [Dax],
 et Segannum [Dargen] necnon Arces Brulsum
 [Brulfo] et Riginam [Rigin].

Ex his hæc recensetur duntaxat Atnatium seu Atnati-
 ens Vicus, antiquitus Taxgetium [Tavetsch] Bagus
 ad occidentalem anterioris Rheni ripam non procul ab
 ipsius Scaturigine situs Lemâ gallicâ ad Austrum à Di-
 sertinâ.

Hujus Bagus nomen ab Atnatibus seu
 Atnatioris populis, qui juxta veteres geographos
 proxima fontes Rheni sedem habuerunt, derivatum
 videtur. Ab Italiis grisonibus [von Wol] seu Grau-
 bündlern incolitur. In ejus valle magna occurrit
 Crystalli copia.

2^o Communitas Vastensis [von Gmünd] Walton-
 burg: Ordine Secunda. Infra Disertinensem ad utram-
 que anterioris Rheni ripam sita est, et complectitur

De pluribus aliis Sanctis
 Martyribus narratur.
 Hujusmodi historiis
 occasionem dedisse
 videntur sequioris
 avi Victoris, qui
 horum sanctorum
 Martyrum effigies
 adumbrantes, quos
 illorum Martyrii
 genus exprimerent,
 truncos manibus
 capita sua gestan-
 tes pingere solebant,
 unde vulgus arque-
 re cepit, illos præci-
 sa capita sua semum
 detulisse, idque sub
 fide Victoris duntaxat,
 quam vulgi
 opinionem quidam
 quidam bumbaliones
 scriptores libinde
 simpliciter operibus
 suis inseruerunt.

Vustium |: Waltmris bürg:| Saccum superius |: Obrafar:| et
Laacum |: Laac:|

Notatur hic Vustium |: Waltmris bürg:| Vicius ad sinis-
tram anterioris Rheni ripam Disertinam inter et Flan-
tium positus, 2. miliaribus germanicis ad septentriones à
priori, et uno ad Africum à posteriori, Caput communi-
tatis. circa illum conueniunt quatuor diuersae Areas
eiusque spatia inter se distans à se invicem distantes.

Infra vicum hunc inter Alpes occurrit balneum aedes
frigidum, ut nec minuti spatii in eo quis manere vale-
at, imò multi illud intrare non possunt: turbidis oculis
et surdis auribus mederi dicitur.

In illius Jurisdictione 5. vel 6. continentur pagi. Ab-
bas Disertinensis illis dominatur, atque omnes munita
penninae ad eum pertinent. Vustii Collegium adest
Judiciale 25. viris compositum, hi à suis quatuor
populis proponunt, è quibus hic unum in Praetorem
|: Ministrat:| eligit.

30. Flantium seu Hilliandae Villa |: Flantz vel Flant:|
Urbs ad Rheni anterioris ripam sita tribus miliaribus
germanicis versus Aquilonem à Disertina, et pri-
ma, quae in Rhaetia ad litus Rheni occurrit. Ca-
pit est Communitatis, quae ab ipsa nomen ducit,
ac etiam Communitas fossae |: Die Gründine Hon-
dri Gouib, La Communauté de la fosse:| à rotun-
do spae seu fossa, quae ibidem occurrit, vocatur.

Circa eam trium Anilium ruinae videntur. Ex eo spec-
tabilis est, quòd, ubi eam tangit ordo, in illa tri-
um Rhaetiae Goederum Comitibus celebrantur. Tri-
bus Jurisdictionibus constat, nempe fossa seu Flan-
tio, Schlowisa |: Schlowis vel Schlowis:| et Tenna.
Sub prima comprehenditur inter Castria, et Valenda-
num |: Valendas:| vici ad orientale litus inferioris
Rheni positi, prope Valendum fons est aquae
bituminosa, quae membra illorum, qui se eam lavant,
pingues efficit.

Prope Flantium an. 1355. 12. Maji inter Rudol-
phum VI. Comitem de Montfort, et Ulricum Walthe-
rum Baronem de Belmont Fluminis |: Flum:|
Flantii et Vallis Leguntinae |: Lignitz, et Gal:|
Dominum initum fuit praelium, in quo, postquam diu
aenipiti Marte pugnatum fuisset, tandem Belmont-
inus Victor exiit Rudolphumque cepit, qui, ut liber
dimitteretur, binos filios suos Rudolphum VII. et Ulri-
cum III. dedit obides, qui carceris incommoda senserunt
usque ad an. 1379. quo demum soluti fuerunt. an. 1484.

* Vallis Leguntina
inter binos Rheni
fontes sita est. No-
men trahit ab op-
pido quod Legun-
tinum |: Lignitz:|
nuncupatur, quod
est Communitatis
Leguntinae caput.

urbis hae in flammis abiit. In ea Italicum corruptum

1: *Quowolff*: in usu est.
4: *Rezona*, *Rhetia ima*, *Rhetium Castrum*: *Rfätzimb*, *Rfätzimb*, *Rätzimb*, *Ratzimb*, *Rätzimb*, et *Reztimb*: Castrum montanum Curiam inter et *Fuerstenauiam* in finibus *Tumiliasca* vallis, ac ubi ambo *Rheni* rami junguntur positum cum titulo liberi *Dominii*, 2. miliaribus germanicis ad Septentrionem à *Disertina* et fere totidem ad Austrum à *Curia*.

Communis opinio est Castrum hoc antiquissimum esse, et à *Rheto* *Tusiorum* *Duce* excitatum, ac nomina sua insignitum fuisse. Ad illud pertinent *Rezona*: *Rätzimb*: *Bonaduzum*: *Bonaduz*: *Amadesum*: *Amadob*: et quidam alii *Vici*, qui elegantem constituent *Tractum*, cui olim proprii *Barones* *Dominati* sunt, qui, quantum *litur*, an. 1459. extincti fuerunt. an. 1549. *Imperator* *Serdinandus* I. *ditionem* hanc emit pro 9000. *florenorum*, ac postmodum pro 14000. *Joanni* *Blanta*: *Blanta*: vendidit, cuius posteri illam possederunt; tandem iterum ad *domum* *Austriacam* pervenit, quae ibidem habet *Oeconomum*.

5: *Tumiliasca* ~~vallis~~ *Veteribus* *Vallis* *Domestica*: *Domlapp*, *Domlappia*, *Fimlasc*, *Fimlapp*, et *Fimlapp*, *Rhetiae* *Tumiliasca*: *Vallis* *fecunda* praesertim *vini* *fertilis* à *Rezona* *Thusiam* usque ad utramque *Rheni* *posterioris* seu *superioris* *ripam* *pertracta*. In ea olim 18. *anes* *extiterunt* ad totidem *Nobiles* *familias* *spectantes*, quarum *sex* *adhuc* *incoluntur*, nimirum *Rezona*, *Tagsteinium*, *Orthensteinium*, *Mindberga*, *Fuerstenauiam*, et *Baldensteinium*; ceterarum *rundera* *destant* *superiunt*. *Vallis* *haec* *etiam* *in* *Goedis* *Casa* *Dei* *porrigitur*.

6: *Thusia*: *Thusis*, *Tessane* *Oppidum* *Urbi* *haud* *abimile* *Tumiliascae* *Comunitas* *caput* *ad* *sinistram* *Rheni* *posterioris* *ripam* *situm* 4. *miliaribus* *germanicis* *ad* *austrum* *à* *Curia*. *Turci* *à* *Gallis* *patria* *haec* *pulsè* *itaud* *excitasse* *ac* *nomine* *suo* *insignivisse* *dicuntur*. *Hic* *anno* 1608. *Nicolaus* *Rurca* *Archipresbyter* *ob* *fidem* *Catholicam* *à* *Calvinistis* *ad* *mortem* *usque* *caecis* *tortus* *fuit*.

7: *Coxiense*, *Cagense*, seu *Caxiense* *Cenobium*, vel *Cazia*: *Catz*, *Caz*, *Ratz*, *Co*, *Caxdes*, *Cazes*: celebre olim *Monialium* *Ordinis* *S. Benedicti* *Monasterium* *unicum* *Vico* *sub* *monte*, qui *Grintzamburg*

* *Prænobilis* *Baldensteiniorum* *familia* *jam* *rudem* *in* *Episcopatu* *Basilienensi* *seu* *Principatu* *Bourmontano* *sedem* *fixit*; *hodiernus* *que* *Episcopus* *tertius* *est*, *quien* *haec* *familia* *Principatum* *hunc* *possidet*.

dicuntur, positum lencâ gallicâ versus Aquilonem à Tusciâ.
 Monasterium hoc fundatum prohibetur an. 760. vel, ut
 alii volunt, an. 758. in honorem S. Petri et Pauli à Vite-
 re Episcopo Curiensi à Comitibus Brigantinis pro duodecim
 Virginitibus Nobilibus, in quo et ipse sepultus fuit. S. Abbat
 genus itidem Curiensis Antistes circa an. 1155. illud de novo
 edificavit sub Abbatiâ Gusa de Schauenstein ipsius con-
 sanguineâ, postquam hinc incendio vastatum fuisset.
 Damnum, ubi plerumque hujus Godesis Communitates
 Calvinismum seu potius Zwinglianismum amplexa
 sunt, Monasterium istud, expulsi Monialibus, resunde-
 derunt, illiusque redditus hinc Godesis Ecclesiis et Scholis
 assignarent.

8^o Vallis Schopina | Desfontal | Sexannium | Difo-
 amb | et Fuestenariam | Froystona | Communita-
 tes attingit. Eius Longitudo est quatuor miliarium,
 latitudo unius et semi. In ea continentur Arce, Or-
 tensteinium, Rietberga, Ehrenfelsa, Hasenburgen,
 et Capia Coenobium.

9^o Sexannium | Desamb | Oppidum ad Dexteram poste-
 rioris Rheni ripam situm 4. lencis gallicis versus Austrum
 à Tusciâ. Nomen tribuit Valli seu Communitati,
 quæ ab ipso Vallis Sexannia | Desamb | Desfontal | nun-
 cupatur, ac utramque Rheni littus occupat, necnon
 hinc et inde varios egregios vios complectitur.

Ubi à Tusciâ ad eam fit iter, per viam eundem est,
 quæ mala dicitur et re vera est, inter rupes coactata
 ad miliaria protenditur, portionisque illius parte Rhenus
 sub terra occultus fluit.

Vallis hæc satis fecunda est, celebrisque efficiunt
 argenti auris et plumbi, quæ in ipsius montibus occur-
 runt, fodunt. ~~abstraxerunt~~ ~~Stipiti~~ ~~Sexannia~~ ~~Desamb~~
~~fodunt~~ In quodam illius monte, extat exiguus laeus seu
 potius Stagnum Calandari dictum, quod ita angustum
 est ut ab uno ipsius littore ad alterum lapis projici possit,
 at fundo caret et exitu, aut saltem hic nullibi apparet.
 Cum aliubi tempestatem coelum minuitur, tunc in illi-
 us medio magnus exsurgit turbo cum tanto strigitu et
 murmure, ut ad sex miliaria audiatur. Ajunt
 quod virtute polleat animalia seu ipsum dormientia
 in sinum suum trahendi: mulier, quæ satis procul ab ipso
 obdormierat, ad se traxisse et absoruisse dicitur, cujus zona
 post aliquod tempus in Rheni littore quatuor ab hinc
 miliaribus, unam clavibus hinc reperta fuit.

10^o Sub Sexannia Valle etiam continetur Rhenana
 Vallis | Rheinwald | quæ ab illa ad Rheni posterioris

157
fontes usque porrigitur. In ea sunt multi spectabiles vi-
ci, inter quos facile eminet Spelunca seu Spelunga olim
Trinnecia |: Dylugon:| Vicius iste ad Sinistram Aheni
posterioris ripam situs est miliarium Helveticis versus Oc-
cidentem à Sexennio. In eo 200. circiter numerantur
foci, et pulchra aedificia, estque sequestratorium mer-
cium, quae ab Italia in Germaniam devehuntur. Jus-
tas opulentos efficit frequens, quod exerceat, commercium.
Insuper à vecturis, quas continuo Mercatoribus praebent,
haud exiguum faciunt compendium, omnino hic
ultra 500. equi plautiales seu vectarii numeran-
tur. Ab ipso Spelunca mons |: Dylugonberg:|
nomen habet, per quem in Italiam patet via, quae
Clavennam usque ducit.

ii. Vallis Misauensis |: Masogro = Ghal, Mosau = Ghal,
Ghal, sive dicitur Gmwiner d. b. Masogro = Ghal, La
Communauté de la Vallée de Masox:| octava et
ultima Superioris seu Cani Foederis Communitas, cui
adjuncta est Vallis Galaniana |: Galanero = seu Galan-
chero = Ghal:| In quatuor partes, quas Clappes |: Esca-
des:| vocant, dispartitur. Ambo haec vales simul
sunt amplius ambitus: Misauensis versus Orien-
tem confinis est Comitatus Clavennensi, Galaniana
vero Valli Glenia: haec solum habet horridum et sterile,
quare et illius incolae egeni sunt, qui agrè vitam
tuentes alibi vel mendicatione vel quovis alio
modo panem quarere aut lucrari coguntur; Mi-
sauensis vero fertilis est vinumque et alios fructus
profert, utpote Italiae vicinior.

Olim Communitas haec proprios habuit Comites,
quorum Joannes Petrus nomine illam anno
1494. Joanni Jacobo Trivultio Mediolanensi ven-
didit. In anno 1496. cum tota haec sua Communi-
tate Cano Foederi accepit. Denique an. 1549.
Incola libertatem omnimodam pro viginti qua-
tuor ^{millibus} aureorum numerum |: gold-gulden:| sum-
ma à Comite Francisco Trivultio emerunt.

Communitas haec nomen habet à Misauo
|: Masogro:| Vico, qui illius Caput est. Olim hic
eratit Castrum minutissimum loco angustissi-
mo in excelsa et, penè inaccessibili rupe positum
sedes hujus regionis Comitum. an. 1521. vel 1526.
excisum fuit. Illius ruinae hodie adhuc extant.

S. II.

De Casa seu Domus Dei Goedere.

Casa seu Domus Dei Goedus: | Gott-Haus = Bünd,
Ligue de la Cadée seu de la Maison de Dieu, La
Lega della Caddea seu della Casa di Dio: | Lemnibus
Rhetorum seu Grisonum Goedus sic dictum, quod
Episcopalem Curiensem Ecclesiam complectatur, ac
per multa illius loca olim ad eam pertinuerint,
prout hodiernum adhuc quibusdam Dominatur. Si-
cutum est ad orientem Goederis Cani, et versus septentrio-
nem in utraque extrema parte haec velut furcam
bicornem exhibet, intra quam Decem Iudiciorum
Goedus potiori haec parte continetur.

Goedus istud in undecim majores Communitates,
haec in viginti unam Minores dividuntur. An.
1419. Illius Incola praesente Curiensi Episcopo inter
se se invicem Goedus pepigerunt, et post elapsos sex an-
nos Cant Goederi accesserunt: cuiusque an. 1497. Goe-
dus Canum Septem veteribus Helveticis Regis se jun-
xisset, idem anno sequenti Goedus hoc praestitit.

Incolarum non est unum idemque idioma: in
Graugalia et valle Burchaviensi loquuntur linguam
seu multum ab Italica diversam; Curia, Valtz | Vatz
seu Ober-Vatz: | et Aversa germanice loquuntur; in reli-
qua Goedere specialis ex latino et germanico composita lin-
gua riget, quae in Engadina Ladin vocatur. In
communibus Rhetis Conventibus seu Comitibus Goedus
istud, ut supra jam notavimus, ordine secundum est, nec
non 24. habet Suffragia. Hic notari merentur

10. Curia | Ciu hoc Ciu, Rhetice Coira et Coyr, gal-
lice Coira, Italice Coira: | ~~sed~~ Ciu Civitas et Sedes
Episcopalis, olim Rhetia veteris seu Superioris, modo to-
tius Grisonum Regionis, praesertim Goederis Casa Dei
Metropolis ad Blaspuram | Blosspur: | fluvium in amoenam
et fertili planitie sub duobus montibus sita, semilena
gallica à Rheno, et novem circiter miliaribus ad aus-
trum à Feldkirchia ac 15. à Brigantia.

Originem ipsius quidam à Constantio ~~Abbas~~ Constanti-
ni Magni filio derivant, qui adversus Alemannia Re-
ges circa an. Chr. 153. vel 377. belligerans in hac plaga
qua, ut ajunt, Campi Canini tunc vocabatur, ^{Castro} metatus est,
Curiamque seu Aulam in tribus veteribus et novis Ar-
cibus, scilicet Masoila, Spinoila, et Yraboige, ibidem
existentibus tenuit, haec junctis variis aedificiis in Urbem

creverunt, quae Curia nuncupata fuit, quod nomen toti illius districtui diu inditum fuit, ipsaeque Rhaetia Curian- sis diostor, ac postmodum huiusmodi temporis Churovalacha seu Churovalaha vocatus.

Alii contendunt Constantiur urbem hanc ampliasse duntaxat, ut quae jam diu ante ipsius tempora existerit, ac Yomburgum nuncupata fuerit, eamque ipsam esse, quam Ptolomaeus Alexan- drinus Graecorum Scriptorum more mutatis paulo litteris Elbodurum vocat.

Quidquid ea de re sit, omnino verisimile est, jam ante Christi ortum locum hunc à veteribus Rhaetis inhabitatum fuisse necnon Suevici populi ac adibus crevisse, et postmodum urbem prope Cas- trum Yomburgum [cujus locum Praetorium Civile nunc occupat:] cui ares Marsvila et Spinvila accesserunt, exordia sua sumisse; Castra haec seu Curias primi- tus Nobiles Rhaetos, postea Romanos Praesides, demum Constantium Imperatorem incoluisse; quae ubi auctis per se aedificiis in urbem creverunt Curiam dictam. Ipsi quoque Curianse Episcopi postmodum in aere Marsvila et eidem adjunctis aedificiis Curiam suam seu Aulam ha- buerunt, unde et totus horum aedificiorum ambitus jam ab antiquo tempore lingua Rhaetia Court, ger- manice Hof nuncupatus fuit.

Universa igitur Civitatis hujus circumferentia binas principales par- tes complectitur, una memorata Episcopi Curia, Eccl- sia Cathedrali, Praepositura, et adjunctis Canoniorum Cathedralium aedibus compositus, quas muri, turres, et porta ab Urbe separant. Inter haec aedificia, pra- ter Marsvilam [Marsfeld:] Aream praecipue celebra- tur perpetua et speciosa Cathedralis Ecclesia in rupe excelsa posita, et à qua universum Casu seu Domus Dei Goedis nomen habet.

Altera pars principalis est ipsa Civitas. Tota Calvinismum seu Anglicanismum profitetur ab an. 1526. quo Religio Catholica inde fuit eliminata. Huic videri merentur quem lapidei fontes Baptismales, Praetorium, Domus Mer- catoria, et Armamentarium, item Ecclesia S. Marti- ni, &c. In ea viget commercium, necesseque Deponi solent, quae ex Italia in Helvetiam et Germaniam deportantur, Ingenti Civium numero et optimis aedificiis habitati.

Ceterum Curia ab immemoriali tempore libera Im- perii Civitas fuit, necnon variis usque eximii privile- giis ab Imperatoribus donata fuit, inter quae jus euden- da monetae fuit. Anno 1498. ab Imperio desivit, fo- dusque perpetuum cum Rhaetia Communitatibus iussit. Variis etiam fatis obnoxia fuit, inter quae graviora

Fragmentary text from the left margin, including words like "Constanti", "plaga", "statum", "vires", "in Urbe".

fiere pestis et incendia, quibus saepius afflicta fuit; eorumque annis 1361. 1382. 1460. 1574. 1576. et 1624. pene tota in flammis abiit: pestis autem in ea grassata est annis 1361. 1550. 1556. 1592. 1593. et ab anno 1627. usque 1630. semperque potioram civium partem e medio sustulit.

Anno 1528. inter Episcopum Curivensem, S. Lucii Abbatem, Musia [Müß:] Arce in Districtu Comensi Praefectum, seu, ut ajunt, Castellatum et Comitem Hohenemsensem, inter-venit fuit consilium Civitatem hanc inopinato adoriendi Calvinianosque huc Zwinglianos illius Civis opprimendi, et detecto hoc consilio S. Lucii Abbas ab ipsis captus morte damnatus est. Anno 1622. Lucantii [Frattigow:] Dux Gulevo Austriae illam occupavit, at hi anno sequenti eandem recuperavit, quibus an. 1624. Gali et Helvetii sub Marchione de Coevres illam denuo occupaverunt, tenueruntque usque ad an. 1629. quo ad Austriacos iterum rediit.

Episcopatus Curivensis omnium Germaniae Episcopatum antiquissimus habetur, voluntque aliqui illum ab Apostolo Petro fundatum fuisse, primumque hic Episcopum fuisse constitutum fuisse S. Lucium, quem Colli Britanniae Regis, vel Simonis illius, qui eundem Domini postavit, filium dicunt, qui ~~an. Chr. 376~~ in Rhætia Wangeli-um predicavit, ibique pro martyris coronatus fuit. Alii vero hujus Episcopatus initium circa an. Chr. 440. statuant, primumque illius Episcopum Asimonem nunciant, qui an. 451. Concilio Chalcedonensi interfuit.

Hujus Episcopatus Dominium olim amplum erat, ac in universam Rhætiam porrigebatur, ad quam amplitudinem partim largitas Imperatorum Caroli Crophi, Ottonis I. et III. partim Episcoporum prospicientia praecipue contulerunt: verum successu temporum in faustis bellis aequè ac aliis fatibus infeliciibus, ad eam, in qua nunc degit, imminutionem redactum est.

Egi- no hujus nominis IV. Curivensis Antistes primus ab Imperatore Frederico I. qui ab an. 1152. usque ad an. 1190. Imperii clavum tenuit, titulum S. R. I. Principis unicum omnibus inde provenientibus prerogativis et juribus obtinuit.

Cum autem postmodum Episcopi Curivenses ad Imperii et Circuli Curiae erant adscripti, comitia comparere neglexissent, an. 1642. Joannes de Berg de Monte Aspero [Aspremont:] in eisdem Circuli Suerici Conventu, quod tunc Ulma celebrabatur de novo ad comitia admitti cum voto et seorsione petiit, et impetravit; unde et an. 1654. in Imperii Comitibus locum suum in Collegio Principum occupavit, ac ibidem edito Imperii Breve receptum subscripsit.

q an. Chr. 76.

q Suerici,

Episcopus Curicus à viginti quatuor Canonicis eligitur, Ad omnes causas Matrimoniales et Ecclesiasticas Catholicorum Rhotia Communitatum tanquam ad iudicium competentem referuntur: quicquid etiam intra ipsius Aulas ambitum continetur, illius jurisdictioni civili aequè ac criminali subest. Dynastas seu Praefectos suos etiam habet in Arcebus Fürstentherga et Fürstentavia, p. singulis quoque duobus annis Cavenna vectigal participat. In Comitatus, qui Ottonis et Elberhardi vocantur, jus venandi et forestale possidet, quod ab Imperatore Henrico IV. an. 1070. obtinuit. Jus curandae Monetae, quemadmodum alii Imperii Principes, exercet. Inter Germanos ad Rhenum Episcopus primus fuit.

Non procul ab Arce Episcopali inter montana cineta extat celebre ordinis Bramaonstratensis Conobium S. Lucei dictum. In hac huius eremitica duntaxat cella statit, ex qua hucusque temporis Ecclesia, ac demum Benedictinum Monasterium subortum est, cuius fundator ignotus est: id duntaxat memoria proditum est, quemdam nempe Comitem de Bibraco an. 1140. eidem de pinguibus redditibus providisse, necnon Bramaonstratenses Monachos in illud introduxisse. An. 1330. grave incendii damnum portulit, at postmodum restauratum fuit, eaque hucusque incrementa, ut an. 1453. ex Prioratu Abbatia factum fuerit auctoritate Eugenii Papae IV. An. 1529. huius Conobii Abbas Theodorus Schlegel, quod nefarii prodesse Civitatis Curicensis Calvinianorumque Cives opprimendi consilii particeps fuerit, capite mitatus est; tum sensim ac sensim in eo Monachi defecerunt, ac tandem an. 1538. aucta à Foedere Domus Dei certa pecunia summa illud omnino deseruerunt. Verum an. 1630. Abbas Joannes Coppinus illud demum restauravit, ac in eo resedit; ab eo tempore semper inhabitatum fuit, necnon ante aliquot annos eleganter reconiunctum fuit. In eo numerantur Abbas et quatuor duntaxat Monachi Bramaonstratenses.

2^o Quatuor Vici | In Vico Dörffers; Les quatre Villages: | Communitas dignitate Secunda ad arietem Curie posita. Nomen habet à quatuor vicis seu Pagis, ex quibus componitur. Horum tres ad dexteram Rheni Superioris colorati sunt, scilicet Ciceroniam | Zizgob: | amplius vicus seu Oppidum aquis mineralibus, quae variis morbis medentur, celebre, et in quo Comes de Salis magnificentiam habent palatium. Jyisum | Jyib: | in aurosa et fertili planitie situm. In eo vicem Comes de Salis elegans habent palatium. Trimmis

sive Trinontium |: Trimb:| Curiam inter et Cicconium
 coloratus Bayus seu Oppidum ad montis radices, Lemca gal-
 lica versus septentrionem à Curia, cuius Incola partim Ca-
 tholici partim Protestantes sunt. Horum trium Bago-
 rum seu Oppidorum Incola Struvas habent, quibus adeo
 sunt asmati, ut eas velut corporis elegantiam artemint.

Quartus ad Sinistram ejusdem fluminis positus est,
 atque Vatum seu Saccum inferior |: Hadschatz, seu H-
 dshatz:| nuncupatur.

3^o Ortensteinum |: Ostangrin:| Aex vetustissima
 in Tumiliasca Curiam inter et Fuesstenariam
 ac in rupis apice posita. Ajunt illam à veteri-
 bus Lepontis fuisse civitatem, olim Sedes fuit
 Baronum illius Tractus Dominantium, à quibus
 an. 1527. Incola libertatem suam redemerunt.
 Ab hac Aere circumjacens Districtus nomen ducit,
 necnon Judicium seu Communitas Ortensteinen-
lis nuncupatur.

4^o Fuesstenaria |: Fuesstnan:| Aex munita in
 Tumiliasca ad posterioris Rheni lites, ^{lita} tribus mediis
 germanis versus Austrum à Curia. Unam tractus
 ad Episcopum Curiam pertinet. Ab Antistite Henri-
 co De Montfort civitatis fuit.

5^o Vatum |: Hatz seu Obro-Hatz:| Communitas Osten-
 steinensi orientalis. quatuor vicis constat, suntque
 Bergum |: Bergun:| Latium |: Latzf:| Stulsum
 |: Thill:| et Valis aurea |: Kalif:| ad eam etiam
 pertinet Graiffensteinum |: Grot-Dunghin:| vetus et
 diutum castrum prope Vadem auream lites. Commu-
 nitas haec etiam Ditio Bergunensis |: Die Grottsfadt
Bergun, La Seigneurie de Bergun |: vocatur. Ab
 ea olim nuncupata est celebris ac Nobilis familia, qua
 ex ^{ditionibus illis, seu} ~~comitatibus~~ ^{comitatibus} Communitatibus, quibus Decem Ju-
 diciores Gaudes componitur, octo possedit, atque circa
 medium saeculi XIV. in personam Donati extincta fuit.
 Postmodum ipsius Ditiones ad Comites Doggenburgenses
 devoluita sunt, post ad Comites de Meisch, et ubi hi
 an. 1489. etiam decesserunt ad Domum austriacam, à
 qua an. 1649. libertatem suam parva summa rede-
 merunt ~~pro~~ ^{pro} ~~carum~~ ^{carum} ~~incola~~.

6^o Birium |: Habon, Italice Berio:| Communitas
 dealbus constans jurisdictionibus, Birio nimirum et
 Avena valle sub Septimo monte |: Prothomas Berg:|
 positus, necnon jurisdictionibus Erensiensi |: Romis:|

celinensi | Celino: | et Saanenensi | Saanen: | qua à prioribus procul sunt, atque in Inferiori Engadinâ existunt.

Comunitas hæc Bivii nomen accepit à duabus viis, quæ in ea occurrunt, una per montem Septimum in Bragalliam | Zougoll: | ducit, altera per Alpes Julias in Engadinam | Engadin: | Vallis Aversa | Avers: | aspero et horido loco posita est quemadmodum Bivium, à quo eadem Septimi montis ramus separatur. Hæc Jurisdictio Septem parochiis constat.

Incola specialiter habere Dominos Episcopi Curienensis Sacerdotes; verum jam à longo tempore libertatem suam redemerunt.

7^o Bragalia seu Bragallia | Zougoll seu Zougoll: | Superato versus austrum monte Septimo occurrit hæc Comunitas, quam veteres Bragalliam nuncuparunt, quod in confinis Gallia Cisalpina sita fuerit. Quidam tamen volunt, ipsius latinum nomen Bragulliam esse, quod illi Deo inditum fuerit, quia sub Alpibus Julis jacet.

Bragalia ampla vallis est, juxta longitudinem suam ab oriente ad occidentem porrecta. Eximia privilegia ab Imperatoribus obtinuit, et ab immemorabili tempore libera Imperii Regis nuncupata fuit. In duas Jurisdictiones dividitur, quæ in loco, ubi Porta dicitur nomen, juncturæ. Plures sunt illius parochiæ: supra Portam nuncupantur Casaccia | Casaccia: |

Vicius sub monte Septimo positus et ob corpus S. Gaudentii, quod ibi quiescit, celebris, in hujus S. Martyris honorem hic Coenobium fuit existatum, cujus reliquia adhuc videntur. Piazza, Francum S. Casiani, Stampa, Cultura, &c. Infra Portam sunt Solium | Solg seu Soy, Soglio: | Castagnola, Bondum, &c.

Vallis hæc est fertilissima, necnon jam quodammodo pulcherrima et suave Italia clima participat. Montes Septimus et Majoris illam adversus impetuosum et frigidum Aquilonem tuentur. Mera seu Maiva fluvius, quem vici fontes in his duobus montibus scaturientes efficiunt, illam irrigat. Memorabile admodum est, quod in ea de mane Euros usque ad meridiem plerumque pivet, à meridie vero Zephyrus sequatur, qui etiam ad vesperam usque perseverat.

8^o Barchavinum | Barchav, Puschiaro: | Amplius populorum et amoenum Oppidum ad ripam ejusdem fluminis nominis fluvii, et propè lacum piscorum collocatum. Caput Comunitatis, cui nomen tribuit.

9^o Engadina | Abbatie Engadin, gabiæ Engadina, seu la Vallée de l'Inn, Germanicè Inntal, vel juxta veterem Germanorum dialectum Inngardon, ex quo

* Hæc Alpes juxta Septimum montem posita admodum exalta sunt et prærupta, ut hyeme fieri sint impervicibiles: ex his oenus fluvius oritur. unde antea Julia dicitur fuisse, id nobis ignotum. forte Julii Caesar illas transievit. Porro Alpes illa proprie Julia dicuntur, quæ apud Venetos sunt, per quas nepos Julii et Octavianus Imperatoribus via facta est.

voe Engadin facta fuit. Aliqui illam Caput Oeni, Rhaetia. In Code. Dno nuncupant.

Engadina magna vallis est, quae ab austro ad aquilonem et ab Oeni fontibus iuxta flumen istud ad 15. vel 16. miliaria porrigitur. Alpibus Julis à Bragabia et Communitate Biviensi separatur. Horrida et frigida est regio; attamen in ea occurrunt pulchra virgata et praestantia pasua, necnon plerisque locis agri fertilissimi; cum enim summi dentaxat montium apices nive canescant, partes inferiores optimum et pingue gramen proferunt.

In binas partes dividitur Superiorem nempe et Inferiorem, quarum quolibet integram Communitatem efficit. Superior demum bifariam dividitur; illius pars Superior septem continet parochias, altera quatuor. Engadina Superior olim proprios habuit Comites; postmodum anno videlicet 1139. Comes De Salviens illam Episcopo Curiensi pro summa 800. marcarum argenti et 60. unciarum auri puri reliquit. An. 1494. Incola libertatem suam pretio 900. florennum emerunt.

Inferior Engadina etiamnum in binas Jurisdictiones partita est; Prioris sunt quinque parochiae, Posterior quatuor continet, quarum tres Gweri Casa Dei adiciuntur, quarta vero videlicet Taraspensis seu Tricaspensis | Tarasp seu Trasp; | extra illud sita est, atque ad Dominum Austriae pertinet: hoc nomen habet ab Arce Taraspina sive Tricaspina in colle ad dexteram Oeni | In fluminis ripam collocata, et munitionibus instructa, in qua Castellanus seu Praefectus Austriae residet.

Quatuor Domini Inferioris Engadina jurisdictionem participant, nimirum Episcopus Curiensis, Comes Tyrolis, Mariae montis Genstrilm* | Mariae montis | et Monasterium | das Closter Müngstov: |

In extremis Engadinae Inferioris finibus tres parochiae occurrunt, nempe Evensium | Kamùb: | Calinum | Calinon: | et Sanunum | Sanun: | quae pars sunt Communitatis Biviensis; quod supra jam annotavimus; necnon Episcopo Curiensi parent.

Si Plinius fides Antiquitatis Engadinam incolere Vennonas et Sarunetes populi. In belli tumultibus Regio haec multis calamitatibus pressa fuit. An. 1499. circa festum Pentecostes octies mille Atheni et Tyrolenses invadentes eam rapinis et incendiis devastarunt, impera-

* Mariae Mons Monasterium Benedictinum in ex calvo monte positum militari dentem à Malra non procul ab Athenis | Athys: | fluminis Raturigine.

ta etiam Incolis ingenti pecuniarum vi, qua Incolae exhibe-
 rentur, triginta tres ex illis praecipuos velut obides secum ab-
 duxerunt Meranum. At ubi Grisones Athesios [Elyf-Lan-
 dro:] adorti eorum 4000. in Campo Maltrano incidissent,
 uterunque glorium. necnon praecipuos Athesia viros diri-
 pierunt et incendissent, tum Athesii ex hac Strage in-
 impotentem acti favorum Engadinorum Obsides Merani de-
 tentos ad unum omnes trucidarunt, velut accepti Damni vin-
 dictam hauriri. In Grisonum turbis et Vallis
 Felina bellis Austriaci Engadinam invaserunt ac diri-
 pierunt: illatum Damnum ultroque Grisonum Bellidue
 De Salis an. 1622. in Montafunensem valem irrupit,
 indeque Austriacos expulit, turrem et pontem S. Martini
 occupavit, necnon 4000. coronatorum Incolis imperavit:
 id agere ferens Archidux Leopoldus, quamvis jam Linda-
 via De pace incunda ageretur, inopinatus in Engadinam
 irruit, pulsisque Grisonibus omnia ferro flammaeque
 misit.

10^o Monasterium [Münster:] Vetus et opulentum
 Nobilium Ordinis S. Benedicti Monialium Conobium
 in Confiniis Athesii Agri et Comitatus Bormiensis si-
 tum, a Carolo Magno in honorem S. Joannis Baptista
 fundatum. In bello, quod an. 1499. Maximilia-
 nus I. contra Helveticos gessit, Monasterium hoc incensum
 et devastatum, ac postea restitutum fuit.

Vallis, quo ab ipsius nomine Monasteriensis [Münster-
 Thal:] vocatur, in binas dividitur Jurisdictiones, in
 quarum prima Conobium hoc positum est, ac caetera
 praedia necnon Subditos possidet. In hac Jurisdic-
 tione nullius bona fisco addiuntur. Causas crimi-
 nales Praefectus seu Castellanus in Arce Nürstemberga
 residens, et ab Episcopo Curienti institutus unicum
 Praetore, quem Ministrale vocant, dijudicat:
 mulctae ad Castellatum pertinent. Alte-
 ra Jurisdictio pendet à Comitibus Tyrolis, in qua
 merum habent imperium.

S. III.

De Foedere Decem Judiciorum.

Foedus Decem Judiciorum [Zofen Grosse Bründ:]
 Sic dictum, quod ex Decem Communitatibus cons-
 tet, quo tot Judicia dicuntur. Ad orientem et
 Austrum Foedere Domus Dei, ad occidentem eodem

Goderis et Comitatu Saruneto, et ad Septentrionem
Comitatibus Feldkirchensi et Sonnenbergensi seu
Pludentino clauditur. Plaga haec communiter
Rhetigoja: Lorttigau: nuncupari solet, quamvis
Rhetigoja proprie non nisi tres hujus Goderis Com-
munitates complectatur scilicet Clavstrum: Al-
stov: Castellum: Castell: et Aceriam: Schiers:
Hic notari meretur

1.^o Davosium: Davos seu Dafasab, et Safasab:
anterior et praecipua hujus Goderis Communitas ad orien-
tam sita. ~~Abbas~~ Nomen habet à princi-
pali ejus oppido, quod in Summis Alpibus positum est
se Franum S. Joannis ad Davosium: S. Joann auf Da-
vos: nuncupatur.

Communitas haec populis frequens est, et quamvis so-
lum habeat satis horridum, aëroque in ea frigidus et
asper spiritet, aestatis tamen tempestate quamdam pa-
sifest amoenitatem. Duo exique lacus, qui in ea
occurrunt, pisces abundanter subministrant praesertim
quamdam truttarum speciem quas vulgò auratas vo-
cant. Ibidem etiam offenduntur Argentis, Oris et
plumbi vena: Quamvis ampla satis sit, unquam
tamen habet Parochiam et unicum Tribunal, Ecle-
sia parochialis in oppido S. Joannis ita est, praeter il-
lam adhuc tres aliae in ea numerantur, nimirum
Euleria S. Theodori, S. Nicolai, et B. V. Mariae. Mons
Scabeta dicitur illam ab Engadina separare, in quo flu-
vius oritur, quem Eruditi quidam unam à Rheni fon-
tibus esse existimant. In viginti, ut vocant, Vi-
cinias dividitur, quae plerumque non sunt nisi viles
pagi, vel etiam hinc inde dispersa villa. In
oppido S. Joannis plerumque hujus Goderis Conventus
aguntur, ac etiam alternatim, quemadmodum
Curia et Plantii totius Grisonum Republica Comi-
tia celebrari solent. Hujus Communitatis Do-
minium utile possident Archiduces Austriae tanquam
Comites Tyrolis.

2.^o Alvinorum, seu Alrum novum, et Alvanio: Al-
vonnaw, Alfonaw, et Alvonnaw: Amplius vicus ad ripam
Albulae in confinis Goderis Casa Dei situs 3. miliaris
germanicis ad Evonotum à Curia. Caput est uni-
us à septem praecipuis Communitatibus, ex quibus Goe-
dis Decem Jurisdictionum componitur, et cui nomen tri-
bit. Communitas haec etiam alio nomine Bel-
fordiensis à Belfordio: Belfort: Castro; vel etiam

interdum Corvantianna | Cirwialdm | ab eisdem no-
minis vade nuncupatur. Prope vicum hunc occur-
rit Balneum, cuius aqua sulphur impregnata est, ac
scabiei et similibus inter cutem et carnem sedentibus
morbis medetur; vocatur Balneum Algonovanum,
seu Alvaniense.

3^o Valis Corvantianna | Cirwialdm seu Cirwialdm |
ita est in Comunitate Alvanensi ad austrum Curia, à
qua etiam nomen habet, ac Valis Curia | Thal von Cur |
dici posse videtur. Eius Caput est Corvantianna seu
Corvantiannum | Cirwialdm | Urbs exigua ad fluvium,
qui Rabas vocatur, sita milliari germanico ad aus-
trum à Curia. Idius Incola partim Catholicii sunt
partim Protestantes. In ea extat Conventum,
quod olim Bramonstratensium fuit an. 1167. à
quodam Barone de Vatz fundatum.

4^o Rhatigoja, Rhatia Vadis, et Regis Ru-
cantiorum, germanicè Rohtigau, Rohtigow,
Rohtigow, Rohtigau, Rohtigau, et Rohtig-
gan, quod nomen à Rhetigaw latine Rheti-
goja corruptum est. Nomen trahit à Rhatius
monte. Septentrionalem Decem Iudiciorum Go-
deris plagam occupat, illamque Rhatius mons
| Rhatius | à Comitatu Brigantino separat. Lon-
ga Vallis est sub dicto monte posita, quam Langa-
rus | Lanquart | fluvius interfluit, qui in huius
montis apice, loco, qui Belea-Rhata dicitur, or-
tum habet, et supra Majavillam in Rhenum inci-
dit. Hyemis tempore Vallis hae nivibus penè clau-
ditur, neque nives à montibus orientes saepe
magna inferunt damna.

Antiquitas huius Vadis dominati sunt Barones de
Vatz, quibus sub finem saeculi XIV. extinctis successit
Friedericus, Comes Doggenburgensis, cuius filio Ulrico
prospice suo. ultimo an. 1436. à rege sublato Ulrico
Comes de Metz Austriacus Atheria Præfectus illam
titulo hereditatis obtinuit: anno Scin 1504. Gau-
ditis ultimo Comite de Metz Imortuo merum
illius imperium ad Domum Austriacam devolutum
est, quod usque ad an. 1649. possedit, tum enim Archi-
dus Ferdinandus Carolus acceptis 75.000. florinis græ-
cas à fidelitatis juramento, quo ipfi erant obstricti, ab-

solvit, ac liberos homines delaravit, quod etiam Ferdinandus III. Imperator ratum habuit.

Rhatigaja in tres amplas Communitates distribuitur suntque Claustrum [Altostr, seu Coystrothal:] Castellum [Castels:] et Aervia [Tepfrosb:]

Claustum seu Claustrovalis [Altostr seu Coystrothal:]

* Arula [Arlobroy] in confinis Brigantini Comitatus sita est, à quo Arula^m mons pars est. Rhatia [Arlobroy] illam separat. Illius longitudo est duorum miliarum Alpium, et latiorum. Nomen habet ab Opydo, quod Claustum [Altostr seu Coystrothal:] nuncupatur.

Castellum [Castels:] Communitas variis ad utramque Langari ripam coloratis pagis constans. Nomen habet ab eodem nominis Arce qua proprie vicum, qui Italici Boggio, germanice Gögol, et Latine Collis dicitur, posita est. In quadam hujus Communitatis valle semi miliaria à vicis Fideris nuncupato occurrunt fontes minerales, qui multum aestimantur, ut quibus virtus viscosi sanandi morbo tribuatur; aluminis, cupri chalcanti, p. partim sunt impregnati, colorem et saporem vini habent, variisque modis ad balneum aptantur. An. 1548. Balneum istud inveniuntibus catarracta aquis inundatum fuit, et adjecta aedificia diruta, et brevi post restauratum fuit.

Aervia [Tepfrosb; seu Eppfrosb:] Communitas, in qua Cathedrales Canonici Curienses praedium possident, ac illorum Praepositus Satriam constituit. Constat Duabus parochiis, Aervia nempe [Tepfrosb:] et Luoproato [Drovid:] Haec intra montes posita est, aique vicus, nomen tribuit, in quo anno 1622. 24. Aprilis Beatus Fidelis Bl. Capucinorum Protomartyr à Calvinisticis Gisonibus ob fidem Catholicam interfectus fuit. Non procul à Luoproato [Drovid:] vico occurrunt Balneum, quod variis morbis mederi dicitur, aqua illius auro, Sulphure, Chalcante, p. impregnata est. Locus, in quo extat, Cany vocatur. Ad Langari fluminis lacum sunt Pagi Tenas, et Valiffana [Valsein:] Valiffana Communitatis Magistratus residet.

5.º Communitas Majavillensis [Mogonfoli:] praetis montibus à Rhatia valle sejungitur, qui non nisi angustam ad illam relinquunt viam, quae Clusa nuncupatur. Totum habet amoenum aëremque salubrem, haec fertilitate omnes Rhatia Communitates longe antecellit, praecipue autem vineta habet vinum exquisitum abundanter proferentia. Duabus constat partibus, Malantiana videlicet et Majavillensi; haec ipsi nomen

tribuit. Olim proprios habuit Dominos, illiusque pri-
mus possessor fuisse dicitur Liber Baro de Vatz, tum ad Comites
Doggenburgenses hereditatis titulo pervenit, et ubi an. 1436.
Stipps haec in persona Comitis Ulrici defecit, illius possessio-
nem obtinuit Liber Baro de Brandis per conjugem suam Ve-
renam à Comitibus de Werdenberg. Denique an. 1509.
tria Rhatia Goadera regionem hanc pro ingenti pecunia-
rum summa emerunt, simulque Jacolis privilegia sua
et immunitates confirmarent. Anno quoque 1537.
basam, ut vocant, Malantiana Communitatis juri-
dictionem pro decem circiter milibus florenorum com-
paraverunt, sic utriusque hujus communitatis absoluti
Domini evaserunt.

Malantia | Malantz seu Malant: | pulchrum Oppi-
dum levia gadiâ ad Orientem à Rheno, et ad Euro-
tum à Majavilla distans sub exitu Langavi fluminis.
Ab coquito vino, quod solum ejus profert, celebratur.
An. 1684. totum in flamma abiit, at non eleganter fuit
restauratum.

Majavilla | Mājūfōl, Mājūfōld, seu Mājūfōld: |
Urbs cum Aere, Caput quinta Grisonum Communitatis,
cui nomen impeditur. Nomen habere dicitur à
Dea Maja Mercurii matre, cujus Templum seu Statua
Ethnicismi tempore hic extitisse dicitur. At Tschu-
dus memorat urbem hanc antiquitus Lupinum vo-
catam fuisse.

Pulchra est ad Rheni ripam sita tribus miliaris Ger-
manicis ad Septentrionem à Curia, loco amoenus, quem
montes rivetis superbientes amphitheatri specie circum-
dant. Venusta in illa occurrunt aedificia, Tem-
plum S. Lucio dicatum, Aere, in qua Biator vivet,
palatia Bruggense, Salisense, et Gungelbergense
videri merentur: adhaec etiam elegantes Campanae.

In bello Suevo an. 1499. Grisones urbem hanc pra-
sidio munierunt, at Baro de Brandis Vals duleis | Vādūz: |
Dominus, qui ab Austriaeorum partibus stabat, illam pro-
ditione obtinuit, delectoque praesidio centum Wallgovi-
ses | Wallgöwser: | stat brevi post Grisonibus ad arbitrium q̄ in ea reliquit;
se dedidit, qui Wallgovienses in ea praesidio loco existen-
tes captivos Curiam abduxerunt, quatuorque cives illos
prioris proditoris auctores capite damnarunt. Pace dein
conclusa Majavilla Grisonibus relicta fuit.

In Rhatia tumultibus an. 1621. Austriacus Chiliar-
cha Balderonius | Balderon: | urbem et Aere occupavit,
civesque exarmavit; verum sequenti anno
Rhatigojenses eam obsederunt, cassisque copiis, quae
obsequio subsidium ferre volebant, ~~capitis~~ pactis conditio-

nibus obtinuerunt. An. 1625. Archidux Leopoldus Junius il-
lam occupavit, at anno sequenti Galli sub Marchione de
Coevres et Helvetii illam recuperaverunt.

Singulis diebus annis Grisones Majorilla Praefectum con-
stituerunt, qui Italice nomine Bodesta vocatur, Is causas
criminales, iudicat, mulctas, confiscationes, et vectigalia
recipit. Attamen Majorillenses et Malantriani
hanc Praefecturam aequè participant ac reliqua Grisonum
Fractura, et ubi eos tangit ordo, à Sanis hinc Praefectum
constituunt: Eiusmodi Ubs hanc libera est, necnon à
Fractura et duodecim Senatoribus regitur.

Majorilla gloriatur se cat. cois Grisonibus exemplo pra-
visse ad amplectendum Zwinglianismum, quem
Iacobus Barckli Tigurinus Basileo an. 1521. in idam
introduxit.

Faliscum |; Kläff |; Oppidum ad Rheni litus posi-
tum miliarium Gallico ad Septentrionem à Majorilla,
vinetis optimis et thermis salubribus celebre. an. 1622.
Austriaci illud incendierunt, at octoginta quinque Rha-
tigrum, fraxinis suis fustibus ita illos exceperunt, ut
eorum quadringentos trucidarint, et ultra duentos in
Rhenum praecipites egerint.

Aliquot adhuc pagi in hac Communitate numerantur
nimirum Aevana, Gurcha, Steoris, item regio S. Lu-
ci, qua cavam viam exhibet in aditu Rhaetiae.

S. IV.

De Comitatibus Clavennensi
et Bormiensi, necnon Valle Telina.

Triplex haec ditio proprie unica duntaxat Vallis est
Sub Alpibus Rhaetis in longum porrecta. Ipsius longi-
tudo ab occidente ad Orientem est circiter 60. miliaria
un Italico; latitudo autem admodum est inaequalis,
alibi enim ultra unum aut duo miliaria Germani-
ca haud protenditur, alibi vero ad sex vel septem. Li-
mites ejus sunt ad Orientem Tyrolis, ad Meridiem Domi-
nium Venetum et Ducatus Mediolanensis, ad Occiden-
tam Fractus Canum, et ad Septentrionem Fractus Ca-
pi Dei.

Olim pars erat Ducatus Mediolanensis
et primum an. 1513. Jussu Maximiliani Sfortiae Ducis
Mediolanensis Rhaetorum facta est, quod Jovius Fran-
cis I. Galliarum Rex Ducatum hunc, ejecto Maxi-
miliano, adeptus ultra confirmavit.

Vallis haec populis frequentissima est, ac in ea usque
Alpes illae, quae ducenta Basilienses Ecclesiae numerantur. Post lami-
nam, quam an. 1620. Catholici hic in Calvinistas exor-
thantur usque ad cursum, sola Religio Catholica viget, et ~~liberum~~
fontes Dravi |; Dravi |; tamen est Calvinistis veteribus hujus regionis incolis,

qui ibidem adhuc bona quaedam possident, sex hebdomadam spatii in ea demorari, quod tamen prius Magistratui significare tenentur, nullum tamen ipsis permittitur Religionis suae exercitium, ac toto insulatus sui tempore apud vicinos ejusdem tenentur fidei Rhetos sacra frequentare coguntur.

Comitatus Boemianus, utpote praestis virtus montibus, equidem solum habet paulo rigidius, at contra Comitatus Clavennensis et Vallis Telina venustate et fortitudine nullis Italia provincis cedere videntur. In his varia frumenti species metuntur, arbores eximios fructus edunt, vites optimum vinum, quod Imperator Augustus ceteris omnibus protulisse dicitur, reddunt, illarumque uvae mirae sunt magnitudinis, inter quas reperuntur aliquae 450. usque 480. basis superbientes. Adest etiam quoddam vini species, quod Aromaticum vocatur, amorem est et aque validum ac vinum adustum. In montibus perorum et ferarum greges pabulantur. Denique lacus Comensis et fluvii grati saporis piscis subministrant. Abdua seu Abdia |: Abdi:| fluvius, qui in Bravlio monte oritur, Boemianum Comitatum et Vallem Telinam perfluit, ac demum lacui Comensi immergitur. Fluvius iste multum commodi hisce tractibus praestat, verum frequentibus suis inundationibus visum etiam multum detrimenti infert.

Quod ad harum regionum mores attinet, verè de illis affirmari potest, quod, cum in aditu Italia eadem habeant religionem, mores et dialecto sint Itali. Haec de tribus hisce Dominis seu Legionibus generatim, modo breviter singulis expendimus.

I.

De Comitatu Clavennensi.

Comitatus Clavennensis |: diu graspsfast | Clavon, Clavin, et Clavin, Le Comté de Chiavenna, La Contea di Chiavenna:| totius magna vallis plagam occidentalem complectitur, ac limites habet ad orientem Vallem Telinam et partem Foederis Domini Dei seu Brasgalianam, ad Austrum Tractum Comensem, ad occidentem Foederis Canum, et ad septentrionem idem Foederis et partem Foederis Domini Dei. Inter praestos montes situs est, ac tribus vallibus componitur, quarum una versus Septentrionem ad Brasgalianam, altera versus Meridiem ad Comensem lacum, et tertia versus Foederis Canum usque ad Speheam Montem |: Depligom:| qui pars est

qui in Tyrolis ac confinibus Carinthiae à lacu supra montem posito non procul ab urbe Junicho |: Junichan:| in Brasgaliana seu Busterana valle |: Bravin vel Wingbo |: Wingbo:| scaturit, per rignuntur. Manibus autem harum Alpium pars sub Adulsa seu Attulsa veniebat nomine: hoc quippe nomine, quod supra jam annotavimus, non Adinus, sed plures montes insigniebantur, ut Mons S. Gothardi, Crispaltus, Bravlius, &c. Recentiores auctores, qui latine scribunt, praesertim Gabii, per Alpes Rheticas communiter Montes Helveticos intelligunt.

** Bravlius mons |: Bravli | Berg, et Womps | Berg seu Joef:| inter montes, quos Veteres Rheticas Alpes vocabant, praecipuus, situs est in confinibus Tyrolis prope Boemium |: Womps:| urbem. alio nomine etiam Juga Rhetica dicitur. Parvum via est in Tyrolim sive Vallem Venetam |: Wingbo:|

Adula, porrigitur. Nomen habet à Clavi, quòd
Ara in eoposita olim, um nempe adhuc munita erat, ve-
lut clavis in Italiam fuerit. Praecipue in binos Dy-
castias seu Praefectos distinguitur, Clavennensem
Sclitum et Pluricensem.

Prioris Caput est Clavenna | Clavon, Chiavenna,
Chiavenna: | ubi totius quoque Comitatus metropolis,
antiqua est et pulchra ad latus Maira: | fluvii
sub monte et in agro, quem optima vineta tegunt,
posita midiori Helvetis ad septentrionem à Lauve Co-
mensi. Populosissima est, pulcherrimè aedificiis tot
elegantis Architecturae velut monumentis ornata. Inter
ea eminet Praefecti seu Commissarii à Gironibus consti-
tuti palatium, adhaec etiam novam Eclesiam in intra,
et tres extra muros, earum praecipua S. Laurentii voca-
tur, cui Archiepiscopus omnium totius Comitatus Ecle-
siarum Superiori iudicium sex Canonici praest.

Praefectus seu Commissarius causas Civiles ac quæ ac Crimina-
les iudicat, politiam vero curant quatuordecim viri à
Civibus singulis annis plerumque per sortem electi. Ad-
sunt etiam viri militari praefecti et Cantiones, qui
1000. selectos milites sub se habent. Haec frequens
est exterrorum Mercatorum ab Italia et in Italiam
transitus, quibus equi Saguarum praebentur, quorum
ope illorum consaricata merces per montes transferuntur,
unde Clavennensibus haud exiguus quaestus obvenit,
major adhuc in commercio, quod apud ipsos apprimè viget.

Anno 1525. Joannes Jacobus de Medicis Misa: | Misp: |
avis ad Lacum Comensem Sita Praefectus seu, ut ajunt,
Castellanus Clavennam seditione obtinuit; at anno
sequenti Girones illam demò obsederunt et ceperunt,
murusque murosque, et Castellum demoliti sunt. An. 1621.
Hispani seu potius Valliselinenses, qui tunc ab Hispa-
norum seu Medicolanensium partibus stabant, illam oc-
cupaverunt; verum an. 1626. Marchio de Coevres cum
Gabinis et Helveticis copiis eam demò recuperavit. Tan-
dem an. 1630. unicum Comitatu Gironibus reddita fuit.
Nobiles Castaluzzi et Stuppa hic ortum habent.

Olim validis moenibus erat instructa, quae jam corru-
erunt, illius arcem Girones an. 1526. quod jam diximus,
demoliti sunt. Aream habet amoenam et
puram nisi cum calidus spirat auster, qui à Lauve Co-
mensi veniens aërem humidis densisque necnon insalu-
bribus Vaporibus implet. Non procul ab ea fons est S. Man-
ritii dictus, qui saluberrime esse dicitur.

Alterius Dynastie Caput est Plurium §: Plurib, Plenus,
 Civi: §: Oppidum. Jam ab antiquis temporibus no-
 men habet à floratu seu laetitia, quas incolae super-
 illius interitu fuerunt, cum scilicet aquarum immu-
 datione et aliquot rupium lapsum penitus obortum fuit.
 postmodum ad ripam Maira §: Mera: §: fluvii prope
 Belfortium §: Belfort: §: Castrum militari Gallie versus
 Aquilonem à Clavenna aliud ~~idem~~ amplum et magni-
 ficum illius loco excitatum fuit. Loci venustas, soli-
 tioritas, aura pura et salubris, vitæque regimen
 multos Mercatores in illud attraxerant, ubi plerum-
 que in summo aestatis calore remorari et oblecta-
 menta capere solebant; unde et magnificis palatiis
 illud exornarant; inter alia aderat palatium fa-
 miliae Francorum, quod multis millenis millibus
 florenorum steterat: verum an. 1618. tristi quodam
 casu hæc omnia magnifica ædificia momento di-
 ruta et sub ruinis suis sepulta fuerunt; enimvero 25.
 Augusti vicinus petrus mons solutis compagibus
 descendens infelix Oppidum istud penitus obortita, ut
 nec unica persona, quæ terribilis hujus infortunii nun-
 tia esset, evaserit. 1500. vel 2000. animarum ibi
 periisse ajunt. Clavennensibus etiam vicinis id
 prius haud imminuit, quam ubi advenissent ipsorum
 fluvium aversari, enimvero intra trium horarum
 spatium nec aquæ guttula ad eos pervenit, mons
 quippe suus ab alto fluvium cohibuerat, illiusque
 cursum alio diverterat.

Varii pagi in eum Plurium Communitatem opi-
 ciebant, cuius ipsum Caput erat, quæ proinde illius
 nomen adhuc retinet, quamvis modo nomen exigens
 vicus sit. Præcipui sunt Cilanum §: Cilano: §: un. dora
 imminet; Polinum §: Polino: §: Roncaglia §: Ronaglia:
 et in montanis Davonium §: Davoais: §: Dasilis §: Dasi-
 le: §: Carrotum §: Caroto: §: p.

In his montanis fodina occurrit specialis arjendæ
 lapidis, ex quo urina, ilia, casabi, mortariola, alia-
 que vasa tornantur: ejus color viridis est in nigrum
 deflectens, ipse autem oleosus, aliquantum mollis, et
 adeo squamosus, ut manu attritæ squama digitis
 adherescant. Est species lapidis fissilis, Plinius in
 sua historia naturali lib. 36. c. 22. illius meminit sub
 nomine lapidis Cornensis; illius enim vasa, quæ Cla-
 venna conficiantur, asportari solitum est, ac inde

in omnes Italiae partes propagari. Itali lapides istos Laveggi seu Laveggi, Germani Liviston seu Livistonstein, Latini Lapides serpentinos nuncupant. Vasa, quae ex eis conficiuntur venenum non patiuntur sed bulliendo illud eiciunt ac velut evomunt. Illorum per magna copia super distrahitur, veteribusque plerumque Incolis usque 60000. Ducatorum questus ex illorum venditione singulis annis obveniebat.

Præter hanc fodinam, quae omnium præcipua est, et optima, alia adhuc duo occurrunt ejusdem lapidis, una, quae minima est, in hac ipsa regione, altera in Valle Telina non procul à Thermis Masanenensibus | Maseno | Hujusmodi etiam fodinae occurrunt in Vallibus Verzanana in territorio Loromenni, et Mallengana.

II.

De Valle Telina

Vallis Telina, Vallis Tellina, Vallis Telinia, Vallis Valturana, Vallis Tyrrhena, Vallis Thyrrhena | Wätolin, Tollino. Thal, Valtolino-Land, Val Telina, Val Thyrrhena, Val Telline Valtoline | Regio seu Vallis ad Alpium radices inter Cavennensem et Bormiensem Comitatus sita. Longitudo ejus ab oriente ad occidentem est circiter 10. miliarium Germanicorum, Latitudo autem non ubique aequalis est Summa est 9. miliarium etiam Germanicorum. Abda | Abda | flumen à principio ad finem usque perfluit, ac in duas partes dividit.

Nomen ipsius aliqui deducunt ab antiquissimo monte Castro, quod Telium | Teglio; Germanice Toll | nuncupatur, ac olim præcipuus regionis locus fuit, alii vero ab Urbe quadam, quae Volturana seu Vallis Tyrrhena vocatur, inferius in Valle et ad ripam Comensis lacus sita, quam Tyrrheni populi exitate dicuntur. Quicquid ea de re sit, scriptores Latini eam Vallam Telinam, Incola Volturenos nuncupant, Germani Latini ipsius nomen in Wollin comperunt, quod Geltlin pronuntiant. Vallam hanc antiquitus Vernoni populi incolerunt.

Ob abundantiam multifariorum Delicatorum fructuum, quos profert, omnibus totius Europæ provinciis antefertur, soliusque habet adeo foecundum, ut singulis annis ter meti possit. Vinum illius tota Europæ notam efficit, ac tantæ aestimatur quanti Imperatori Octavio Augusto nullum præ illo acceptius fuit. Utrunque Abda lictus

* Falernum vinum à Falerno agro

Falernum* nec Imperatori Octavio Augusto nullum præ illo acceptius fuit. Utrunque Abda lictus

optima vinea Stipant, quae uvas proferunt, quarum
 bacca juglandes seu basilicas nucis (L. Cypri nuss:)
 proficiturina aequant, unde opinio est sub hac valle
 occultum Gynophylacium: nimm Hordbogano fructu
 Cammar: esse; Solis radii namque in illius solum
 tantam virtutem soli exere posse non videntur.
 Loca petrosa etiam vinum proferunt, nec aliud re-
 quirunt, quam ut inter saxa tantum telluris effun-
 datur, quantum opus est, quo sarmenta radices agant.
 occurrunt etiam quadam uvarum mense Julis matures-
 centium species.

Incola Italianum loquuntur sed Longobardicum et
 prout Conenses et Bergamenses communiter profe-
 runt.

Anno 1670. hejus Vallis Catholici facta
 conjunctione omnes Calvinistas seu Protestantes, qui
 hucusque temporis in hac valle. Domicilium fixerant, ex-
 terminarunt ceteris omnibus iis, quibus fuga sibi conuen-
 iendi tempus haud suppeditavit, eorum aliqui, ut reman-
 nerent, fidem Catholicam amplexi sunt.

Vallis Telina in tres partes, quas Tertias vocant, divi-
 ditur Superiorem nempe, Mediam, et Inferiorem. Super-
 ior Bormiensem Comitatum attingit; undecim Commu-
 nitatibus constat, quarum Caput est Tiracum (Tirano:)
 Idem inter et Mediam occurrunt Communitas Telien-
 sis (Dio Gallo Gammind:) unicum hoc territorio,
 cuius caput est Telium (Teglis, Tald:) Oppidum. Me-
 dia 18. Communitates continet; illius metropolis est
 Sondrium (Sondrio:) Inferior in duas classes (Esqua-
 dras:) dividitur, nimirum in Morboniensem, cuius Caput
 est Morbonium (Morbegno, Morban:) in ea duo-
 decim numerantur Communitates, et Trahonien-
 sem, quae etiam 12. Communitates continet. Illi-
 us Caput est Trahonia (Trahona, Trarfon:) Uni-
 versum ergo Vallis Telina quinque Praefecturae compre-
 henditur; quarum quaelibet suum Senatum et Prae-
 torem seu Praesidem habet, quos tota Communitas eli-
 git. Habent etiam suos rei militaris Praefectos, Cen-
 turiones, et alios, qui 3000. Selectos milites suble-
 merant. Ipsorum Defensores seu Syndici Legum ob-
 servantiam curant; Consules pupillos tuentur; praeterea
 jus ipsi est in rebus et negotiis, quae omnes tan-
 gunt Incolas, totius Vallis Conventus seu Comitia cele-
 brandi, quae Sondrio sub Praesidio Praefecti seu, ut vo-
 cant, Apeporis a Gironibus constituti aguntur. p.

in Campania Regni
 Neapolitani provin-
 cia, in quo crescit;
 sic dicitur, et ob
 praestantiam suam
 longe lateque ce-
 lebratum.

Notatur hic 1^o Tiranum, Tyrannum |: Tivano, Tyrano, Tiran, Tyron:| Metropolis ejusdem seu nominis Praefectura. Olim ad dexteram Abduca litus sita erat, ejusque nomen Villacia fuit, postquam autem funditus everta est, sensim eo amens, quo nunc est, loco excitata fuit nempe ad sinistram Abduca ripam, miliarium germanico ad orientem à Telio. Populosissima est, ac in ea residet Praefectus à grisonibus constitutus, necnon totius Communitatis Regimen. Proximè illam existit Templum honoribus B. V. Mariae dicatum, frequentes sunt ad illud fidelium peregrinationes, atque plurima peregrinantium monumenta tot erga B. V. Mariam devotionis testimonia ibidem videntur.

Galli an. 1508. Urbem hanc occuparunt, at mox deseruerunt. Olim è monte Tirano impendebat amplum et munitum Castrum, quod devastatum est. Ludovicus Sfortia Ducatus Mediolanensis Administrator illam an. 1487. moenibus cinxit, totamque illius vallem muris claudere voluit. Tirani multae Nobiles familiae fuerunt. Hic an. 1620. mense Augusto laniena, quam Catholici in Protestantas evertuerunt, exordia hincit, indeque ad alia loca propagata est.

2^o Telium |: Tegli, Teglio, Töll:| amplum oppidum in monte non procul ab Abduca |: Telva:| Tiranum inter et Sondrium positum et fere miliarium ab utroque distans. Est caput Praefecturae, cui nomen tribuit. Ei imminet Arx vetus devastata.

3^o Sondrium, Sondricium |: Sondrio, Sondri, Sondrisio, Sondro:| venustum Oppidum loco ameno ad dexteram Abduca ripam sub monte Masegno positum miliarium germanico ad occidentem à Telio. Caput est Praefecturae, cui nomen tribuit. Olim moenibus clausa urbs fuit cum Arce valida, at an. 1555. et moenia et Arx demolita fuerunt. In eo Praefectus residet.

4^o Morbonium |: Morbegno, Morban:| pulchrum, amplum et opulentum Oppidum ad sinistram Abduca litus è regione Trahonia situm 4. leuis Gallis ad Africum à Sondrio, Caput prima Communitatis Inferioris Vallis Telinae partis. In ea residet Praefectus, multaque nobiles familiae domicilium habent.

Nomen auget ab insalubri aëre, qui olim cum inter paludes positum erat, in eo spirabat, quorum vaporibus inficiebatur. Postmodum in locum saniorum translatum fuit, sub monte Scilicet, et ad utramque exiguam fluvii cui Bitus |: Bitto:| nomen, ripam. Antehac nueros habuit

et binas Arces ad quodlibet fluminis litus unam; at nunc haec omnia devastata jacent. Hic B. Ordinis Praedicatorum vulgo Dominiciani Ecclesiam habent, quae S. Antonii dicitur, et Monasterium.

Oppidum hoc in historia celebratur à bello Musseno, quod an. 1531. Grones inter et Joannem Jacobum de Medicis Arcis Mussensis |: Müßp:| Praefectus, seu, ut vocant, Castellarium vixit, in quo ipse Oppidum istud occupavit ac tenuit, donec à Gronesibus eo exturbatus est. Sequenti saeculo et post centum ferme annos nempe Protestantium in Valle Telina eodem Marchio de Coevres Gallus, Bernensibus, et Tigurinis copiis stipatus Oppido hoc potitus est, ac è regione Arcis Fontanae |: Fort di Guentes:| aliam exivit, Novam Franciam |: Nouvelle France:| dictam. An. 1624. et 1635. grave praelium huius in initum fuit Duce Romani inter et Caravacas, in quo hi cæsi fuerunt Desideratis horum bis mille.

*Arc Fontana sita est in agro Comensi, ubi Abdua in lacum Comensem incidit, ab Hispanis an. 1603. sub directione Comitatus de fontibus |: di Guentes:| exiit et ipsius nomine insignita.

5^o Trahonia |: Trahona, Trahon:| venustum Oppidum ad montis radices non procul à dextero Abdua litore situm, Leuca gallica ad Euronotum à Morbonio. Caput secundae Communitatis tertiae Vallis Telinae partitive Praefecturae, cui nomen impertit. Sebes est Praefecti à Gronesibus instituti. Ab eo etiam circumjacens regio Vallis Trahonensis nuncupatur.

In hac valle occurrit celebre Balneum Massense |: Bagni di Maseno, Marinor-Bad:| ad fontes Martini fluminis positum non procul ab Oppido, quod S. Martini dicitur. aqua ejus auri, ferri, aluminis, nitri, et sulphuris particulis impraegnata est. Variis medetur morbis praesertim iis, qui à corde et hepate proveniunt. Adhuc etiam praestantur Lapidina.

III.

De Comitatu Bormiensi.

Comitatus Bormiensis, seu Bormium |: die Graßpflast wormal, la contea di Bormio seu Wormio:| supra Vallem Telinam in confiniis Tyrolis ad fontes Abdua positus est. Eius maxima longitudo ab Austro ad Septentrionem est quinque, latitudo ab Occidente ad Orientem quatuor miliarium Germanicorum.

Undique montibus cingitur, excepto quodam exiguo hiatu versus Vallem Telinam, quem Abdua pertran- sit, ad cuius sinistram via regia per praerupta laca ducit.

In quinque, ut vocant, vicinias seu parvas Communi-
tates dividitur, suntque 1.^o Bormium unicum sibi adjun-
ctis quatuor minoribus Oppidis. 2.^o Forba Vallis, que
populosissima est. 3.^o Vallis Interior. 4.^o Vallis Infe-
rior. et 5.^o Vallis Lepontina, alia tamen ab illa, de
qua, ubi de Bago Uriensi egimus, nobis sermo fuit. In
hac nulli vici, sed rusticana dumtaxat villa occurrunt.

Salubri aëre gaudet, qui tamen hyemis tempore
admodum rigidus est, at in æstate adeo suaviter spi-
rat, ut multi à vicinioribus calidis regionibus, ubi
summus viget ea tempestate æstus hinc se conferant,
necnon animi refocillandi et recreandi gratia ali-
quanto tempore demorentur.

Regio hac vinetis caret, agri frumentum, quantum
froni incolis sufficit, profertur, ceterorum fructuum
penuriam quamdam patitur; at præter capras,
oves, aliâque pecora toto æstivo tempore 6. usque
7000. vaccarum in ipsius montibus pabulantur; Apes
magnam mellis quantitatem edunt, quod ita huic
et bonum est, ut vix alibi melius invenire sit. In
montibus hinc inde occurrunt aurum, argenti ferri,
æris, aluminis, plumbi et Sulphuris vena.

Incola corpore crassi plerumque sunt, sed tamen
sani et sensati perspicaci polentes ingenio, ad varias
linguas, artes liberales, et militiam apti; nec
ipsis laboribus sive æstatis sive hyemis tempore
ardens videtur, ita ad laborem nati sunt. Specia-
li potuerunt regimine, quod ab illis, quo Vallis Teli-
na regitur, omninò diversum est, quippe qui tan-
quam populi limitanei et momentosarum viarum pos-
sessorum à Dominicis suis Grisonibus eximia privilegia
et immunitates obtinuerunt, et hætenus in pestibus
se servaverunt. Consules suos et Senatum à suis sorte
dumtaxat ad vitandas inimicitias et forendam tranquili-
tatem publicam eligunt, qui causas omnes sive civiles
sive criminales definiunt in præsentia tamen et sub
auctoritate Præfecti Concivis hinc et à Grisonibus singulis
duobus annis constituti. Speciale jus municipale sub
Statutorum nomine habent, quod sequuntur. In
re militari sibi Præfectos et Centuriones, p. eligunt. p.

Occurrunt in hoc Comitatu duo Balnea, unum S. Mar-
tini dictum duobus miliaribus Italicis versus Aquilonem
à Bormio; alterum directè sub Ecclesia S. Martini positum:
equorum morbis medetur.

Notatur hic dumtaxat Bormium [; Woomb, Bormia:]

189
Oppidum Caput Comitatus, à quo ipse nomen habet, ad dex-
teram Albiae, et Grodlofam: Grodlof: rivum, qui in
monte Bomlio oritur, à inde Forbam valem perfluit,
et ad austrum Bornii Albia jungitur, litum, s. Lemis-
gallia ad Euro-Aquilonem à Tirano. Pulchrum
est ac incolis frequens, in eoque multa nobiles familiae,
et Praefectus habent domicilium. Ecclesiam paro-
chiale administrant Archipresbyter et quinque Ca-
nonici. Vix alibi melius vinum invenitur quam
huc. Grodlofa ligna abundanter advenit, quibus
vivunt tam ad fabricandas domos, quam ad rem
domesticam. An. 1520. à mense Aprilis usque ad
finem Januarii sequentis anni lues pestifera hic gra-
vata est, qua ultra 2000. hominum à medio sustulit.

Oppido huic imminet Castrum oppidum munitum et
omni bellico apparatu instructum.

Subsectio III.

De Urbe, et Abbatia Sangallensibus, earumque Dominicis.

Quae hic differenda nobis occurrunt tribus SS. expedi-
mus. In 1^o De Urbe San-gallensi; in 2^o De Monas-
terio seu Abbatia San-gallensi ejusque veteribus Subdi-
tis; et in 3^o De illius novis Dominicis seu Comitatu Tog-
genburgensi agemus.

S. I.

De Urbe San-gallensi.

Sancto-gallum: St. Gall, St. Gallon: Urbs
in Superiori veteris Surgavia parte sita militario
Helveticis ad Occidentem à Lau Constantiensi
et Rosari Oppido sub gradu long. 31. M. 35. lat. 47.
min. 13. Sita in angusta et sterili valle inter
duos montes, à quibus ad Septentrionem et Aus-
trum clauditur, versus orientem et Occidentem aper-
tus sed horridus ei imminet campus.

Urbs haec incrementa sua debet Abbatia seu Mo-
nasterio, quod ambitu suo continetur. Saeculo X.
nominis vicus aut oppidum adhuc fuit; et cum Hunga-
ri in Germaniam dire grassarentur, muro turribus
et fossa cincta fuit, quod opus an. 954. coeptum an.
980. perfectum est, nec alia hodieum munimen-
ta habet, ipsiusque fossa circum est receptaculum.
Plateae ejus pulchrae sunt et latae, aedes venustae,
et publica aedificia magnifica, ut Praetorium, ar-
mamentarium, Gymnasium, Macellum, Domus

* Valerianus | Joachi-
mus | Sancto-galli
natus 29. Nov. an.
1484. Vienna Aus-
tria studiis vacavit,
ubi an. 1508. Pro-
fessor fuit, et post-
quam Coloniam,
Hungariam, Germa-
niam, et Italiam her-
peragravit an. 1518.
ibidem Medicina Do-
tor, et ab Imperato-
re Maximiliano I.
Poeta Laureatus in-
atus est, ac an. 1521.
Universitatis Rector
factus. Inde in
patriam reversus
an. 1526. Consula-
tus dignitatem ob-
tinuit, et ad ab-
leendam in urbe
Catholicam Reli-
gionem multum
contulit. An. 1551.
28. Jan. a vivis ce-
cepit 68. annos
natus. Fuit
Mathematicus, Geo-
graphus, Philosophus
et Medicus pro ea,
qua vivebat, ata-
te satis celebris.
Theologiam etiam
coluit, ac contra
Sichemich felidum
scripsit. Ajunt
eum sub pubesca-
ritate semper ha-
buisse Virgilius.
Gentiles, sui illam
liberalium Arti-
um et Scientiarum
in Helvetia restau-
ratorem fuisse pro-
dicant.

Statua, p. tria Tempia S. Laurentii, S. Magni, et S. Ca-
tharino, cui Monasterium jungitur, quod olim Sanctimo-
niales incoluerunt, et in quo nunc estat publica Biblio-
theca, quam Joachimus Valerianus | Non Dax 20. 11. | hujus
nobis Consul Saeculo XVI. concivibus suis dono dedit.
Semi ab hoc Urbe midiari occurrit angusta simul et admo-
dum profunda vallis, quam Golliaus | Golliaef: | aiquis flumi-
us parit, atque Martini Vallis | Martini = 2. 11. | vocatur,
ejus latera ponte junguntur an. 1467. excavato; 110 pedes lon-
quam Coloniam, que est, 14. latus, et 96. altus.
Solum seu Ager San-gallensis fertilis haud est, nec nisi
herbam profert, ita, ut, quod Spedale admodum est, nec
alibi facile invenitur, Urbem nec Agricola, nec Vinitor,
nec Arator, nec Pastor pecorum egrediantur: Cives tamen
plenumque sunt opulenti necnon studio suo et diligentia
agri sui sterilitatem sarrunt, artisque ope illud obti-
nent, quod natura ipsis denegat, frequentissimumque, pra-
sertim lini longe lataque celebrati commercium diri-
tes efficit, ac cum Lacui Constantiensi sint vicini vici-
que occupant, quae e Germania in Italiam, et vicissim
ducit, illorum apotheca mercibus replata sunt, quae huc
advchuntur, ut alio devehantur. Calvinismum
omnes profitentur, et, quamvis materna ipsorum lingua
sit Germanica, inter se tamen parvam Gallicam
Euleriam collegerunt, cujus Pastorem propriis sumtibus
alunt.
Urbi huic, cum Vicius vel ad summum Oppidum dem-
tanat adhuc fuit, Dominati sunt Abbates San-gallenses,
at successu temporis, et postquam Urbe evasit, tum li-
bertatem adepti est ab eo, ut jam ab aliquot saeculis
exigua in urbem deipublica specie referat. Saeculo
10. Otto I. Imperator eidem jus monastandi indulxit,
liberamque Imperii Urbem dixit; Imperatores quo-
que aliqui erga Abbates San-gallenses, male affecti
illam adversus ipsos tuiti sunt, ipsique Abbates, seu
sem ac senum varia, quae ipsis in Urbem adhuc com-
petabant, jura civibus vendiderunt, nihilque am-
plius in ea possident praeter funda quaedam. Nosoro-
mii Praefectus eidem propter varia praedia, quae illud
in Aemana Valle, Turingia, Comitatu Toggembrogen-
si, et Bago Abbatiscedensi habet, homagium prestare
tenetur. In ea bina sunt Senatorum Collegia,
Majus componit 66. viri, et Minus 24, adhaec et
aut tres Consules, qui alternatim regunt et ab-

147
universo populo eliguntur. Cives in septem Tribus distri-
buntur; earum prima est Nobilium. Ceterum
nulla possidet Domicia prater quaedam jura tribuna-
lia an. 1579. emta, quae per Archisutropam Singu-
lis sex annis à Majori Senatu electum administra-
tur. Speciali foedere Urbi Norimbergensi ab anno
1557. juncta est, ut cujus Sangallenses Norimber-
genses Sancto-Galli. Verum foedus praecipuum illud
est, quod an. 1494. cum sex Bagis seu Cantoribus Hel-
veticis, Tigurinis scilicet, Bernensi, Lucernensi, Qui-
tensi, Fugienti, et Glaronensi pepigit.

§. II.

De Abbazia seu Monasterio S. Galli,
ejusque Veteri Dominio.

Sanctum S. Galli | P. Gall, P. Gallum: | Principa-
le et opulentum Ordinis S. Benedicti Monasterium
intra septem ejusdem Secum nominis Urbis contentum,
cujus quartam partem occupat. Corporis Helvetici par-
tem facit, necnon tertiae Helvetiae Bagis, specialim
vero Tigurino, Lucernensi, Quitensi, et Glaronensi foede-
re jungitur.

Nomen suum, quod Urbi impertivit, à primo hujus loci
incolâ, qui sub S. Galli appellatione celebratur, accepit.
Hic, è Scotorum, quod ajunt, Regulis natus, et, ut quidam
volunt, Nepos Unne hujus Hiberniae Regis, à teneris Annis
in Bangoris | Benchor: | Wallia Cornubio educatus à S. Co-
lumbano ibidem Abbate, unacum ipso et aliquot sociis circa
an. Chr. 578. ex Hibernia per Gallias in germania oras
appulit, et confraus ubique idolis trophaeum Crucis Ale-
manniae intulit dignus, qui illius nuncupetur Apostolus.
S. Columbanus Italianam petente, ipse fabri detentus hic loci,
in densissimo nemore, quod Abbonensis saltus vocabatur,
Cellam seu Oratorium condidit D. V. Maria et SS. Marty-
rum Desiderii et Mauritii honoribus dicatum. Ipsius victa-
tum et Sanitatis famâ captus Gogo Dux Alemanniae,
eidem Constantiensem Cathedralam et Luxoviensem Infu-
lam ultro obtulit, quas Sanctus vir solitudinis amans
acceptare renuit. Ubi deinde ex hujus Ducis filia Si-
gberti Regis Francorum uxoris corpore demonium eja-
isset, idem Rex eidem amplum vicium ipsius Cellam
tractum concessit. Hac prima concessio subinde vicin-
orum Insularum testamentariis donationibus aliisque piis
Legatis permaximè aucta fuit, Cellaque Monasterium
facta est, quod plures Monachi incoluerunt.

Dico post S. Galli obitum p. qui auidise creditur an. Chr. 640. aetatis sua 95^{to}: set an. 720. aetate Caroli Martelli, vel, ut alii volunt, sub Pipino eius filio S. Othmarus e Curia aditus Regulam S. Benedicti in illud introducit, prius enim hujus Coenobii Monachi Regulam S. Columbanii sectabantur. Monasterium istud eo tempore et postea a Carolo Martello, Pipino eius filio, Ludovico Pio, Ludovico Crasso, aliisque Principibus tot et tantis obtinuit possessiones, ut opulentissimum simul et potentissimum evaserit, atque sub Abbate Bernardo Henrici Imperatoris cognomento Aucupis consanguines regiones, quas possidebat, proclarum efficerent Principatum, unde etiam an. 1215. sub Imperatore Ottone IV. ipse Abbas S. R. I. Princeps factus est, memoria quoque proditum est Abbatem S. Galli an. Chr. 1361. mille equitum comitatu Argentinam ingressum fuisse, cum Waltherus Baro a Geroltzeck in Episcopum Argentinensem electus introduceretur. Neque etiam parum ad hinc incrementa contulit, quod jam a primo foundationis huius saeculo inter trecentos, quos subinde continuit, Monachos plerique Sanctimoniam scientiarumque virtute claraverint, et in eo per 200. vel 300. annos nempe ab anno circiter 800. ~~ab~~ praeantissima Academia species quaedam fuerit, e qua praevalti viri docti et scriptores optimi prodierunt, dum interim reliqua Helvetia crassis barbariae et ignorantiae tenebris obvoluta jaceret; inter quos celebratur Abbas Gerbertus, qui an. 816. eodem, quo Monasterium magnifice construxit, Bibliothecam comparavit, quae successu temporis adeo crevit, ut optimis totius Europa Bibliothecis, praestem quantum ad Mss. Codices, quorum ultra mille continet, annumerari meruerit. Certe habet hoc Sancti Galli coenobium, quod semper fuit summorum virorum Seminarium, ex quo tot illustrissima Cathedris ac Ingulis nata capita prodierunt, Walbone S. Dionysio Parisiorum, Walaffido Regia Divitis, Varino, Wicerto, Ludovico Cassiodoro, Rudolpho Augusta, Bertino Marstada, Dietmaro Hirsurgia, Francisco S. Eltonis, et imperio Bernardo Disertina Abbatibus; Joanne, Anafredo, Notingo, Salomone, aliisque multis Constantia, Waltone Ruini ac Basilea, Adalberone Warmatia, Regimbolo Spira, Udalrico Curia. Episcopis; Romulpho Ravennatum Archiepiscopo; Udalrico Patriarcha Aquilejae; Colestino Sphonderato Cardinale S. R. Eulercia Destinatis. Francinus S. Conradum

Constantiensem, S. Valericum Augustanum, Balzo-
nem Spirensis, Dietricum Metansem, Hildeboldum
Curiensem, aliorumque plurimos Episcopos, omnes S.
Galli olim Discipulos, et Sanctitatem et doctrinam cla-
rissimos. P.

Subinde per celebre Monasterium istud à sua po-
tentia simulque opulentiâ non nihil decidit. Urbs
quod jam supra advertimus, cum adhuc vicus seu Op-
pidum esset, illius Abbatibus subiecta fuit, et Urbs
facta variis Imperatorum privilegiis aucta est, tum-
que Abbatum in illam dominium immixtum coepit,
illud civibus sub privilegiorum horum obtentu detrac-
tantibus, inde Abbatum inter et Cives graves turbula-
dispensiones, quae tandem compositae fuerunt, ubi nem-
pe Cives, exhibita Abbati satis magnâ pecuniarum
summa, plenam libertatem adepti sunt. Pagus
Abbatiscellensis, quod supra Sect. i. Subsect. i. §. VII. me-
moravimus, olim etiam Abbati S. Galli subiace-
bat. at postmodum tam armorum quam pecuniarum
vi se in libertatem dedit, atque ceteris Helvetiae,
pagis annumeratus est, inter quos deinceps testium et
ultimum locum occupat. In Wilingiamis quo-
que, quem Monasterii subditorum pars ingens am-
plena est, multos redditus, qui cum Vola Religio Catho-
lica apud Helvetos vigeret, eidem obveniebant, ipsi se-
traxit, tot tamen adhuc ei ditiones supersunt, quae
satis amplum Principatum efficere valent.

Olim Conobium istud ex parte urbis apertum erat, ac
proximum an. 1570. ad evitandas confusiones, quas facilis
utroque aditus praebat, muro clausum fuit. Mors
igitur versus agrum parte murorum urbis, et versus Ur-
bem novam, ut dictum, muro clauditur, ac utroque exi-
tum et aditum praebent binae portae; à regione illius,
quae versus urbem est, Cives suam habent eidem muro
junctam, quam et ipsi claudunt et aperiunt.

An. 1529. mense februario, cum urbs novam Wilingiam
Evangelium jam suscepisset, Cives à Magistratu ipsi
in Monasterium armata manu irruerunt Templumque
ingressi duarum horarum spatio unctas Sanctorum ima-
gines et Statuas, quae in eo erant, in acervum congesse-
runt; lapideae confractae sunt, earumque frustra ad fabri-
cam adhibita, lignae vero 40. vel, ut alii memorant,

46. planities imposita extra Urbem devotie fuerunt, ibique combustae. Tum 7. Martii in eadem Zwinglianismus introductus est, ac prima vice in eo congregati cives, iuxta sectae suae ritum sacra celebrarunt, et Oratio quidam, cui Dominicus Zilli nomen, pro concione dixit, et loco Missae Psalmus 51. Decantatus fuit. Coenobii Decanus et Monachi hisce violentis cadere coacti Einsidiam se receperunt. Tum Tigurini et Zwingliani Glaronenses de Monasterio ejusque praediis et sitionibus velut de re propria et tanquam Domini disponerunt; illud unacum his aedificiis Civibus Sangalensibus vendiderunt, Toggenburgensibus Monasterii Subditis pro summa pecunia libertatem concesserunt, &c. Res in hoc flebili statu permansit, usque ad an. 1531. tunc enim, et post pugnam Cappellensem, in qua Tigurini et Bernenses unacum foederatis suis Protestantibus à Catholicis fusi fuerunt, Abbas et Monachi restituti sunt, necnon an. 1532. 1. Martii Coenobii sui, et omnium sibi à Zwinglianis ablatorum praediorum et Dominionum possessionem demum adierunt.

Monasterii hujus Dominia seu Subditi duplicis sunt speciei; alii enim veteres, seu Domus Dei homines, sicut Gotthardus Faust-Louis, Sponsus de la Maison de Dieu; nuncupantur, Novi alii seu Comitatus Toggenburgensis Incola. Praeter haec Dominia idem Coenobium aliqua adhuc in Suevia et Brisgoja possidet, quae hic expendere super acaramen ducimus, ut qui de his distantia agimus, quae in Helvetia possidet. Hoc igitur S. de Veterum illius Subditorum regione nobis erit sermo, sequenti vero de Comitatu Toggenburgensi.

Veterum Monasterii S. Galli Subditorum regio confinis est ad Orientem Lauvi Constantiensi, ad Meridiem Pago Abbatisredensi, ad Occidentem et Septentrionem Turgavia. Oblongum quadratum exhibet, cujus longitudo est circiter octo miliarium, latitudo autem quatuor. ad Occidentem Weila urbe, et ad Orientem Rosaco Oppido clauditur. In quosdam Tractus dividitur, qui tot sunt Praefecturae. In ea occurrunt Urbs unica et permulta Oppida et vici.

Hic notari merentur
 1. Weila, Villa, Wila sicut Wöyl, Wöyl, Wöyl: 1
 Urbs exigua sed aliquantum munita ad ripam Tu-

na |: 1^o | Fluri in confinis Turgavia et Comitatus Doggenburgensis sita tribus ferme miliaribus germanicis ad occidentem à Sancto-Gallo. Incolis frequens est, quorum aedes lignae sunt. In ea Abbas et Princeps Sancti Galli palatium habet, in quo Monachus residet, qui sub Locum tenentis |: Prattgaltor:| titulo toti illius ditioni dominatur.

An. 1407. Abbatiscellenenses et Sangallenses urbem hanc occupaverunt, ipsi quoque Abbatem in eam ceperunt, tum inter ipsos pax inita sed minus solida et quieta. An. 1445. feria 4. ante festum S. Pauli primi Venetiae, quod incidit in 15. Januarii Austriaci eam expulserunt pluribus truncatis civibus. Eodem anno ante festum S. Gordiani, quod 18. Martii celebratur redeuntes vibratis in eam sagittis et globis ignitis illius Suburbium superius incendunt, ac recesserunt. Anno sequenti sub finem Januarii Tigurini unanimes Austriacis et Vitodunensibus ad illam castra moverunt, verum Desideratis suorum Septuaginta quinque recedere coacti sunt.

Anno 1530. Civis ad Sava Zwingliana accesserunt, verum post Capellense proelium, et Abbate S. Galli in omnia sua Dominia restituta, ad vitam Religionem suam semis adducti fuere. Variis gaudent privilegiis et immunitatibus.

Anno 1712. Tigurini et Bernenses, quibus, ob Comitatus Doggenburgensis Incolas, cum Principe S. Galli bellum erat, urbem hanc occupaverunt; quam tamen in pacis an. 1713. 15. Junii ipsos inter et Principem Badenae in Argovia conclusa restituerunt.

2^o Rosacum, Rosagum |: Rosfay, Rosfay:| amplum et venustum Oppidum pulcherrimis Helvetiae urbibus facile aequiparandum, ad litus Constantiensis Lacus è regione Lindaviae positum, duobus fere miliaribus germanicis versus Orientem à Sancto Gallo. Opportunus illius in amoeno et fertili solo situs illud jam à pluribus saeculis celebre reddidit. Saeculo X. Otto I. Imperator eidem inter varia privilegia mercatus, mundinarum, vectigalis, et monetae cudendae jura concepit. Vix in Helvetiâ locum est invenire, qui, habita respectu aliorum proportione, majori pulchrorum aedium numero sit ornatus. Portum habet, ad quem mercatus et mundinarum gratia ex omnibus urbibus, Oppidis, et vicis circum Constantiensem lacum positis ma-

qua hominum multitudo continuo appellit. Frequens
est hinc frumenti, frugum, piscium salisomum, prorum,
lini, et vini commercium.

Anno 1499. in bello Suevico Casarci Oppidum hoc ce-
perunt, et expilatum incendierunt: at postmodum et
Sucepsivi eleganter restauratum est. An. 1712.

Mense Maio Tigurini et Bernenses illud occuparunt,
se primum an. 1718. Abbati restituerunt. Ante
annos Abbas hic horreum excitavit ampli et venusti
palatii speciem referens.

Extra illud loco eminenti catat Monasterium Lau-
potius Domicilium Monasterii speciem exhibens, fe-
des Religiosi, qui tanquam Locum tenens, Principis
illius districtui Dominatur: eidem adiuncti sunt duo
vel tres Monachi Sangallenses. Non procul ab eo
situm est aliud Sanctimonialium Genobium, quod
sub hujus Locum tenentis directione degit.

3^o Gossavia | Gossau, Gossau: | amplum Oppidum
Nilam inter et Sancto-Gabrum in confinis Bogi Abba-
tiscellensis positum Milliaribus Helveticis ad Africum à
Sancto-Gabro. Caput est cuius Tractus, cui Satrapa
praest. An. 1428. Fridericus Comes Toggen-
burgensis hic Abbatiscellenses praesidio devit.

S. III.

De Comitatu Toggenburgensi

Comitatus Toggenburgensis live Toggenburgensis
| Di grafschaft Toggenburg, Toggenburg et Toborn-
burg: | limites habet ad orientem Bogum Abbatiscel-
lensem, et Veterum Abbatum S. Galli Subditorum re-
gionem, ad austrum Comitatus Werdenbergensem
et Sarunetum, ad occidentem Castra Rheatia et Ba-
gum Tigurinum, et ad Aquilonem Turgariam et
veterum Subditorum regionem. Eius longitudo est
decem leucarum Gallicarum, latitudo communiter trium
vel quatuor. Nomen habet à veteri Castro supra

montem excelsum non procul à Lichtensteiga | Lichten-
steig: | totius Comitatus Metropoli posita, cuius nomen
non nisi quaedam rudera et muri diviti superant.

Regio haec bifariam dividitur, nimirum in superiorem,
qua austrum tenet, et inferiorem, qua versus Septen-
trionem sita est. Illius soli qualitas non ubique
similis est et eadem: Inferior frumenti et frugum

feras est, Superior viretis abundat et pasuis; ambo
montibus teguntur, qui in Superiori altiores sunt, quam
in Inferiori. Incola partim Catholici sunt par-
tim Protestantes, hi in Superiori regione. Catholici,
Catholici vero in Inferiori numerosiores sunt. Summa-
tim Protestantes suas Incolarum tertias implent,
Catholici unam deantant.

Olim huic regioni Dominati sunt Comites à Doggen-
burgs Castro Comites Doggenburgenses dicti. Horum
ultimus Fredericus cum prole careret, suis subditis,
quos impense diligebat, tot tantaque privilegia
ante obitum suum indulxit, ut eos quodammodo
liberum populum effecerit, ac Successori suo nihil
Dominii aut juris in illos reliquere visisset proster
quamdam Regalium partem. Ei è vivis an. 1436.
Sublato in Comitatu suo Successore ambo in Sorore sua
Catharina nepotes Hildebrandus et Petermannus
Raronia in Vallesia Barones seu Comites; Hildebrando
brevi post demortuo tota haec hereditas ad Peterman-
num fratrem suum devoluta est. Hic cum etiam
esset improles Comitatum huic Abbati et Principi
S. Galli an. 1448. vel, ut aliis placet, an. 1469. pro
Summa 14500. florenorum Rhenanorum vendidit,
cujus Abbas ipse tanquam feudi Imperii investitu-
ram obtinuit, ac satis pacifice possedit usque ad Maximilianum
gubernandi tempora, tunc enim Tigurini et Glaro-
nenses & Wilingiani provinciam hanc, tractis ad sua
sacra plerisque illius Incolis, sibi afferuerunt, accep-
taque ab eis pecunia Summa Liberos omnino homines
nullique Subjectos declaraverunt. At ubi an. 1531. Ba-
gi Catholici Protestantes prope Capellam fuerunt,
tunc Abbas illius possessionem demum arripuit. Ab eo
tempore inter Abbatem Dominii sui jura obtendentem,
et Incolas libertatem suam et immunitatem praecon-
tas semper vigere, necnon tandem cò perducta sunt, & Dispensiones
ut gravi bello quinque Catholicos Helvetiae pagos Abba-
tis partes amplexos inter et pagos Tigurinum ac Ber-
nensem, qui Doggenburgenses tuebantur, occasio-
nem deberint. Tigurini et Bernenses auxiliariis
Grisonium, Neocomensium, Genevensium, Biennen-
sium, Vallis Monasteriensis alias Grandis Vallis et
Turgavia copias aucti 6000. hominum in aciem edu-

serunt, proelioque prope Vilmeringam Vicum an. 1712. fuis Catholicis, Principem S. Galli omnibus suis ditionibus exuerunt, Monasteriumque ipsius expilarunt, ac inde omnia pretiosa Campanas, Organa pneumatica, amplissimamque Bibliothecam, p. abduxerunt. at postmodum pace conclusa eadem omnia redita fuere praeter Campanas, quae Tiguri in atrio Bratorii hucusque visuntur, necnon centum et aliquot Mss. Codices, qui ibidem in privatis quibusdam Bibliothecis, vabur occulte servantur; tumque quies in Toggenburgensi Comitatu redita fuit. Anno 1743. tamen demum novi tumultus excitati fuere, qui tamen sedati sunt; et cum an. 1759. inquieti et turbulenti Duca. adversus Principem suum novos tumultus cievent, Tigurini et Bernenses iuxta aemco conventionem eos, aditis minis, in officio continuerunt. Hic notandum occurrit

1^o Lichteusteiga | Lieftonstrog, Lieftonstrog: | Urbs Caput Comitatus ad ripam Thauri seu Tura | Iffur, Iffur: | fluminis Lita s. Leucis Gallicis ad Africum à Sancto-Gallo. Germè centrum provinciae occupat, eamque in binas partes Superiorem nempe et Inferiorem disperit. In ea conventus provinciales celebrari solent. Principis S. Galli Sacerdota olim huc sedem habuit. An. 1083. Huldoricus S. Galli Abbas illam devastavit. Enimvero fruitur privilegiis sibi à veteribus suis Dominis Comitibus Toggenburgensibus indultis. Eadem in monte imminet Monialium Conventuum.

2^o Toggenburgum seu Toggenburgum | Toggenburg live Toggenbrugg: | Olim Castrum munitum non procul à Lichteusteiga in monte positum sedes ejusdem nominis Comitum, et à quo cum ipsi tunc tota provinciae nomen acceperunt. Nunc penitus devastatum est, adeo, ut ex eo non nisi diviti quidam nunci supervent.

3^o Franum S. Joannis | St. Johann: | Monasterium Ordinis S. Benedicti in confinis Comitatus Werdenbergensis positum s. Leucis Gallicis ad Ennonotum à Lichteusteiga. Fundatum perhibetur an. 1150. à viro quodam Nobili ejusdem loci Domino, cui Wetzelius à S. Joanne nomen fuit, pro Monachis Cisterciensibus. Quibus duo tantum Monachi illud incluserunt; atque

postmodum vicinorum Nobilium et Comitum Toggenburgi-
corum largitate auctus est in eo Cenobitarum numerus.
Tandem ex Cisterciensibus facti sunt Benedictini, necnon
Principali S. Galli Monasterio adjecti, ipsique Cenobi-
um in locum amoeniorem translatum, ubi etiamnum
adhuc extat: unde nunc Vicus, in quo prius Monaste-
rium fuit, ad S. Joannem veterem |: All St. Johann:|
renunciat; miliarique à Novo distat, quo nomi-
ne illud, quod modo existit, venire solet.

Ubi an. 1522. Religionis mutatio in Comitatu Tog-
genburgensi secuta est, Monachis exturbatis Mo-
nasterium hoc unacum pradis suis Incolis traditum
fuit; at cum bellum Cappelense Tigurinis male
cessisset, Monachi auctoritate Bagorum Catholicorum
denuò illius possessionem obtinuerunt. An.
1712. Toggenburgenses, quibus cum Principe suo si-
multates erant, potentia Tigurinorum et Bernen-
sium fultis illud occupaverunt Monachis satis inele-
menter habitis. at pace constituta omnia in an-
tiquum statum reducta fuere.

4.º Miliaris gallicis et paulò amplius à S. Joanne ver-
sus Orientem extat Vicus Wildenbusium |: Wilden-
bus:| dictum prope Thauri seu Turi vel Turci |:
ffris:| fluminis fontes situm, Caput cuius Tra-
tis. famosus est ex eo, quod locus natalis sit Hul-
derici seu Ulrici Zwinglii ibidem an. 1484. i. Janua-
rii in lucem editi parentibus Huldovico Zwinglio loci
Praefecto et Margaretha Meila |: Meil:| Ibidem
etiam fuit Castrum Wildenburgen dictum, quod an.
1468. adhuc statit, Comitibus de Toggenburgo, ut ajunt,
à Coenobio Einsidleni in feudum datum.

5.º Magdenavia seu Magenavia |: Magdenau seu Ma-
ganau:| Monialium Ordinis Cisterciensis Monasterium
miliaris germanis versus septentrionem à Lichtenstei-
gâ situm. à Rudolpho Giebi de Glattburg an. 1244. fun-
datum perhibetur, et à Principe S. Galli, Comitibus Tog-
genburgicis, Kiburgicis, Halysburgicis, Fürstenbergicis,
et aliis Nobilibus Helveticis pinguibus redditibus auctum.
an. 1712. 12. Aprilis à rebellibus Toggenburgensibus oc-
cupatum fuit.

Subsectio IV.
De Episcopatu Basileensi
seu
Principatu Bruntoutano.

Episcopatus Basiliensis seu Principatus Bruntoutanus
 s. Lab Bissthum Basel seu Lab Grospristhumb
 Bruntout, L'evêché de Basle seu La Brinipau-
 té de Bruntout; Germania et Circuli Rhenani
 Superioris provincia limites habet ad Orientem Helve-
 tiae Bagos Solodurensis Basileensem et partem Bernen-
 sis; ad meridiem Principatum Neocomensem et Januè
 partem Bagis Bernensis; ad Occidentem Comitatum
 Burgundiam; et ad Septentrionem Suintgariam.
 Ejus longitudo ab austro ad Aquilonem est 10. vel 11. circiter
 leucarum gallicarum, latitudo ab occidente ad Orientem
 ferme totidem, haec ab angusta quadam Bagis Soloduren-
 sis ditione intercalatur.

* Rauracia modo,
 praeter Principatum
 hunc à fontibus Sige
 seu Petra pertusa
 Basileam usque
 comprehendit Ter-
 ritorium Basile-
 ense, Vallem Si-
 kiam seu Viggo-
 viam, agrum
 Rhenofaldensem
 et partem Bagis
 Solodurensis.

Provincia haec pars est Veteris Agri Rauracorum seu Rau-
 racia* s. Rourkhor Land; ~~omnis~~ et adhuc hodie hunc illius, In-
 cola Rauraci vocantur, Sequanorum progenies, unde anti-
 quitus Sequano-Rauraci nuncupati fuerunt. A Lam Bi-
 nensi Basileam usque porrigitur. Praecipue hi idius Tra-
 tus nuncupantur, Aargangia sive Comitatus Aargangien-
 sis vel Bagis Alatiensis s. Elbgar seu Elbgar, Le Bais
 s. Ajoze; ejus Metropolis est Bruntoutum: Mons Liber
 s. Grogberg, la Grande Montagne; in quo Janum S. Ursici
 s. Ursitz, S. Ursanne; Urbes: Siggaria s. Siggen;
 ubi Alesheimium, Laupha urbs, Birsium, Feringa,
 Escha, p. Salisgandia; Baltzgan; ubi Delamon-
 tium urbs, p. Grandis Vallis; Grandfeld, grand-Vall;
 ubi Monasterium Opidum. Loca haec cis Jurassum
 montem s. Juroberg, Mont Jura; postea sunt proinde
 in Rauracia sunt collocata. Sequuntur trans eundem
 montem adeoque in Helvetia Vallis S. Jurei s. St.
 Jurober seu Jurov. Pfal, seu Vallis Arguela s. Arguel,
 Arguel; ubi Oppidum S. Jurei, et Arguela urbs.
 Ager Biennensis, ubi Urbes Bienna; Biel, Bienna; et
 Bonna; Bonne Ville, Gutzbadt; unum hinc tractu. Pra-
 terea Episcopus Basileensis in Brisgoja Basileam inter et
 Sriburgum Dominium Schlingense s. Dellingum; possi-
 det.

Regio haec communiter Aargangia s. Elbgar, le Bais
 s. Ajoze; nuncupatur, eoquod Bruntoutum totius Prin-
 cipatus Metropolis in Aargangia sit. Admodum
 montosa est, horrida et sterilis, plerumque vadiis in-

tercedunt excelsi montes et Sana. Frumenti penuriam patitur. In plaga, qua Mons Liber |: Forstberg, la Granche Montagne |: nuncupatur, atque Burgundiae Comitatum attingit, pinguis et ampla circumstant pasua, in quibus aliquot pecorum millia pabulantur, et Saginantur, totius Regionis divitia. Saluber in ea spirat aer. Praecipui illius fluvii sunt Dubis |: le Doux |: Birca |: Si-Biof, la Birse |: qua sub Juraffo |: Disturborg, Mont Jura |: prope Petram pertinet. Nam |: Pierreport |: portus, et Halla |: Si-Gall, la Halle |: qua Urbis Bontontanae portas attingit.

Incolis est frequentissima, aer enim et frigida mulieres appine fovundant adeo, ut plerumque sterile solent eos omnes sustentare hanc potis sit; hinc permulti in ceteras regiones, praesertim in Germaniam se conferunt, ubi fortunam commodiorem quarunt, ac plerumque inveniunt. Ingenio praestant; militiam quoque sectantur, ac plerumque strenui milites audiunt. Plebs sanis et leonatis indulgere videtur, ita, ut vix ullus sit sine concivis sine advena, cui statim ridiculum et vilescitum agnomen non afficiet.

An. 1579. Episcopus Jacobus Christophorus Blarer de Wartensee cum septem Catholicis Helvetiae Pagis Lucernensi, Uriensi, Suidtensi, Sublivanicensi, Tugiensis, Triburgenis et Solodurensis foedus pepigit, in quo locus fuit unita Religionis Catholicae et sibi subditorum populorum tutio. Idem an. 1655. sub Episcopo Joanne Francisco de Schemenau, et an. 1695. sub Episcopo Joanne Corrado de Roggenbach per Casparum de Schnorff Episcopum Constantinianum Basilienis Cathedralis Ecclesiae Canonium et Suppaganum Lucernae, an. demum an. 1712. sub Joanne Corrado de Reinach innovatum et confirmatum est.

Quoad Episcopatus Basilienis originem attingit, initio Augusta Rauracorum institutus fuit, post cuius Urbis eversionem Basileam translatus est, a quoque primum illius antistitem fuisse S. Pantalum, qui circa annum Chr. 238. floruit, atque S. Ursulam una cum 11000. Virginitibus Britannicis sociabus suis, Augustam appulsam Cloniam usque comitatus fuisse dicitur; verum hoc fabulam videretur. Huius S. Pantali Successorum nulli est memoria usque ad Justinianum, qui an. 346. Synodo Coloniensi adversus Euphratem Arianum celebrata subscripsit. Justiniani Successores sunt ignoti usque ad Adelphium, qui Concilio Aurelianensibus an. 511. sub Clodoveo Francorum Rege, et an. 538. celebratis interfuit, in primo

per Semetipsum, in secundo per suum legatum Anselmum, atque etiam Episcopus Rauracensis vocatus est. Post ipsum nulla amplius horum Episcoporum apud Scriptores mentio, et primum an. 741. ~~quod ad hunc usque~~ continua à Walano Episcopo coepit sequitur eorum series; inter quos ordine trigesimus tertius recensetur Henricus Comes S. Francisci Resolutorum seu Disalicatorum, alias Cinguli Nobis |: Günther Raagff: | dictus pistoris cujdam Jurensis in Suevia filius, qui an. 1285. Archiepiscopus Moguntinus factus an. 1288. diem supremum obiit. Nobilibus Diocesis sua Censis admodum invidiosus fuit; unde Epitaphii locus ipsi ab eisdem hic versus positi:

*Nudipes Antistes non curat Censis ubi stes,
Dum non in coelis, stes ubiunque velis.*

Olim Episcopi Basilicenses Dominium directum in Comitatum Frenetanum seu Suintgaviam possidebant, haecque regis feudum erat ab ipsis pendens, quo tamen à Ludovico XIV. Galliarum Rege dejecti sunt. Vide sup. in Appendice ad lib. 2. Sect. 4. §. 1. n. 374 188.

Item Episcopi in Imperii Comitibus votum et Sepsionem habet ante Episcopos Leodienses, et alternatim cum Bracensisibus. Notatur hic

1.º Brantrotum, Bous Reintoudis, Bous Raintoudis, seu Bous Regintoudis |: Brantrot Pointrot, Brantrot, Brondrot, Bourventon, Bourventon, Pont-Rantrot, seu Pont-Rainton: | Urbs Alsgaugensis pagi seu Comitatus, et universi Principatus seu Episcopatus Basileensis Caput sedisque Episcopi et Principis Brantrotani, in confinis Suintgaviae et Comitatus Montisbellicardensis ad Italiam |: Halle: | fluvium supra Danum sita quatuor leucis gallicis ad orientem à Montisbellicardo.

Medioriter magna est et satis venusta, ejusque domus omnes sunt lapideae: navim exhibere videtur, cujus pro-ra ea Urbis pars est, qua superior dicitur, et quam praeter alias plures domos Janitarum Collegium et Seminarium occupant, puppis vero amplum Castrum è monte ubi imminens et ibidem Suburbis velut juncta, continua sedes Brincius et Episcopi Basileensis. Antiquitas, et ante-

quam Episcopi Basileensis facta fuerit, in ea residit Alsgaugia Praefectus, seu, ut ajunt, Castellanus, cujus Domus adhuc superest vetus aedificium quod hodie adhuc Palatium |: Du Gualtz, Le Palais, vel lingua vulgari Lai Kieutschaine: | vocatur. Hujus Urbis mentio fit in Tabulariis seu Archivis Ecclesiae Vesuntionensis, cui,

quantum ad formam Ecclesiasticam attinet, subiectus
vero Episcopus Basiliensis secularis deinceps ibidem Dominus
est.

Vetustissima est Gallia seu Sequano-Rauracorum^{lib. 2.},
et Julii Caesaris aetatem longe antecedens: Eam, dum idem Ca-
sar in Gallias ageret, Ariovistus Alamannorum Rex à Se-
quanis adversus Aduos^{**}, quibusumque ipsis bellum erat, in
auxilium vocatus, Rheno transiisse occupavit, ac foedere
in dominium commutato unam ea Sequano-Rauracos
sibi subegit, in ipsa agrè ferentes Sequani tum Aduis, pace
constituta, foedus iniierunt, et unamque ipsis adversus Ario-
vistum moverunt, quos ille in amplo campo prope hanc
urbem devicit, tum Julium Casarem convenere atque
ab ipso suppliciter adversus Ariovistum postulantes, quibus
ipse morem gesturus primum Vesuntionem seu Bientium
occupat, inde movens in Rauraciam sub monte,
in quo castra metatus fuerat, ac hodieum adhuc ab ipsis
nomine Mons Julii Caesaris nuncupatur, Ariovistum in co-
dam campo, in quo iste paulò ante Aduos et Sequanos de-
vicerat, fudit, et Sequanos ab illius tyrannide liberavit.
Estat adhuc ibidem victoria monumentum rudis et ingens
lapis 20. pedes altus, in cuius medio rotundum foramen
est, ab Ariovisto, ut ajunt, devictis eodem loco Sequanis
erectum, et à Julio Casare vicissim tanquam trophæum
sue victoriae relictum.

Idem Caesar in suis Commentariis harum binarum victoria-
rum meminit, utriusque, prope quam reportata fuerunt,
Amagetobricam !: quædam editiones habent Amagetobriam, et
alia Amagetobriam !: nuncupat, unde satis aperte colli-
gitur Amagetobricam urbem illam fuisse, quæ successu
temporis amisso nomine proprio Bonmontium dicta est.
Sicque satis factum videtur scriptoribus et geographis nostris,
qui hactenus in investigandâ Amagetobricâ hæc frustra la-
borarunt, de quibus Cluverius: frustra, inquit, sunt, semper
que erunt, qui cum locum per vestigare laborant. quem
hanc in rem adducit Calarius ^{lib. 2. c. 2.} additque Amagetobri-
cam ^{apud Aduos vel apud Sequanos esse querendam.}

Profecto indubitatum est Bonmontium veterem esse Galorum
seu Sequano-Rauracorum urbem, quam Caesar post reportatam
de Ariovisto victoriam fecit Romanam, ac munitionibus
auxit, ut propugnaculum esset adversus Germanos seu Ala-
mannos, et quò ultra Rhenum continerentur, simulque
sibi Rauracorum regio apereretur. Id ulterò præcipit varia
monumenta, quæ ibidem adhuc sunt residua: præalta et
ingens turris in arce extans, quæ supremum illius propugna-
culum erat; rotunda est ex lapidibus intus et foris quadra-

* Sequanorum Regio,
cujus Metropolis
Vesuntio fuit li-
mites habebat, Rho-
danum, Rhenum,
Ararim seu Seco-
nam, et Jurassum
montem, qui illam
ab Helvetia sepa-
ravit. Qui Rheno
propinquiores erant,
Sequano-Rauraci
vel Superiores Se-
quani vocabantur.
Caesar lib. Comment.
et Strabo lib. 4.

** Adui live Adui
Burgundia ps-
puli, quorum Me-
tropolis Augusto-
drunum erat.

* Calarius: Christo-
phorus !: celebris
criticus an. 1638.
Smalcedæ natus,
in variis protes-
tantium Univer-
sitatibus variâ do-
cuit, ut Jenæ,
Weissenfelsæ, Zi-
tia, Merseburgi,
ac tandem Italia
Saxonum. obiit
an. 1707. Inter alia
scripsit Notitiam

Orbis antiqui, quae
apud conditos mul-
tum celebratur.

tis, cuius muri duodecim pedum crassitudinem superant, ve-
tus utique Romanorum opus. In eadem Arce mira altitu-
dinis puteus, saxo inuis excellentem continens, aquam. Nu-
mismata variorum Romanorum Imperatorum effigies re-
ferentia, quae interdum ubique effodiuntur. Campus Mar-
tius, qui Urbis porta iungitur. Denique, ut caetera ta-
ceamus, regio circum hanc Urbem etiam nunc adhuc Ro-
mana vocatur, et Incolae vulgarem linguam suam Roma-
nam vocitant.

Igitur Bonna vetus Amagetobrica Segnan-Ran-
norum Urbis est ab Arivisto Alamannorum Rege occu-
pata, à Julio Casare recuperata et munita; ab Alaman-
nis sub Imperatore Constantio devastata, ab Imperatore
Theodorico Magno restaurata; ab Attila Hunnorum Rege
incensa, et à Carolo Magno recens excitata.

Longè post Comitibus Neoromansibus paruit, et an. Chr.
1271. Henricus Episcopus Basileensis illam à suis consan-
quines Godefrido Comite Neoromansi emit: huius contrae-
ctui obstiterunt Dietericus Herreti, et Reginaldus Mon-
tisbellicardi Comites; prior aseptâ 180. marcarum argen-
ti summâ ius sibi cepit, alter vero armatâ manu Ur-
bem hanc occupavit, ac retinuit usque ad an. 1283. Tum
enim Henricus Episcopus cognomento Cinguli Nodus (Cing-
hol=Plunhoff) Rudolphi Stalburgii Imperatoris armis
illam recuperavit; alii d. sub eius Successore Petro-
Rich de Rickenstein, qui an. 1296. vitam posuit, acci-
dise memorant.

Episcopus Joannes de Vienna illam
an. 1355. pro 6000. florenis Petrus de Cly oppignoravit, at
mox reluit. An. 1374. Basileenses, quibus cum eo-
dem Episcopo bellum erat, illam incederunt. Imme-
rius Episcopus ex Baronibus de Ramstein an. 1385. illam
Stephano Comiti Montisbellicardi pro summa 11000. li-
brarum denario oppignoravit, ac penes ipsius Successores
permansit usque ad an. 1461. quo Episcopus Joannes de Ven-
ningâ illam redemit, Aramque restauravit, in eaque re-
sedit, et ab eo tempore sedes facta, et Episcoporum Basile-
ensium.

In triginta annorum bello Suevi Urbem hanc frustra obse-
derunt civibus fortiter eam defendentibus. Postmodum
Galli Arce potiti sunt, Urbem vero Cerarici tenuerunt,
Denum his recedentibus Galli etiam Urbem occuparunt,
et tandem Episcopo restituerunt.

Ante annos graves orta sunt Episcopum Joannem Conradum de
Reinach inter et Cives Bonnontanos, qui privilegia sua et im-
munitates ab ipso repudiari causa bantur, atque potiorum
gentis suae populum in suas transerunt partes. Lita ad supremum
Imperii Diocetarium Viennam delata, subditi causa ceci-
derunt, Principique iura sua per definitivam sententiam

aperta fuerit; eadem morem gerere ipsis detraherentibus, et
tam Helvetius Caeſis, quam Galiae Rege. copiis Caesareis, quaſi ſenten-
tiam hanc executioni mandarent ac Principis ſubditos in ordi-
nem redigerent, tranſitum per ſuas terras ſequebantibus, tum
Galieſe copias aduocatas, quaſi in praſtarent. Factionis aue-
tores remittentiam ſuam capite uenerunt.

Brunsvici, praeter Patres Societatis Jeſu, qui, ut dictum
in ea habent Collegium, in quo Humaniora, Philoſophiam
et Theologiam moralem docent, necnon Seminaris pra-
ſunt, Capuini habent Conuictorium in montis ſublimitate Ar-
can inter et Suburbium ſitum. Adſunt etiam Uſſeli-
na et Moniales Ordinis Annuntiatorum: item Praeben-
darii ad S. Michaelem in Euleſia parochiali, quae eo loco
caſtre dicitur, ubi antiquitus caſtrum fuit.

2^o Francon. S. Ursini | P. Uſſelz, ~~St. Ursine~~ Pando-
ſibz, St. Ursine: | Urbs exigua in valle profunda inter pro-
altos rupes ad ripam Dubis | Doux: | fluminis ſita duabus
leuis Galieſis ad Euonotum à Brunsvico. Originem
ſuam reſort acceptam uidam S. Eremitae, cui nomen Ur-
ſinus fuit, qui ad hanc inuulſam horridamque pla-
gam ueniens ibidem in ſpem reſedit, atque oratorium
conſtruxit, quod poſtmodum Benedictinorum Conuictorium
factum eſt, tum multi fideles horum Monachorum ſan-
ctitate edacti penes Monasterium domicilia conſtru-
erunt, ſiquae primum locus pagus factus eſt, qui ita
poſtmodum excreuit, ut Urbs euaserit. Tandem Mona-
chi deſposito cumulo Canonici facti ſunt, qui adhuc
numero duodecim ibidem ſubſiſtunt. Illorum Euleſia,
opus Gothicum, uideri meretur.

3^o Biſſecum | Biſſel: | Arx in rupe ſublimi poſita
Donauum inter et Mönchſteinum | Mönchſtein
ſeu Mönchſtein: | exiguo milliari germanico ad aus-
trum à Baſilea. Nomen tribuit ſitioni, cui Dominatur
Praefectus Provincialis | Landvoigt: | qui in ea reſidet. Olim
ad Comites de Troburg pertinuit, inter quos Ludouicus et
Hartmannus ejuſdem illam unicum ſitione Lutoldo
Epiſcopo an. 1245. uendidit.

4^o Sub ea et ad radiceſ montis occurrunt Arleſhemium
| Arleſheim: | Viciuſ locus amoenus et iucundo poſitus proci-
piuſ hujus Praefecturae locus. Illius Inſula eo ipſo tem-
pore, quo Baſileenſes Calviniani facti ſunt, etiam huic
ſecta nomen dederunt, ac per 50. annorum ſpatium illam
tenuerunt ſcilicet uſque ad an. 1585. tum enim ad ſacra
Catholica reſeruit.

Ubi anno 1529. Baſilea Calvinismum amplexa eſt,
Eccleſia Cathedralis Canonici Tſriburgum Biſſegiae

† recuperant

Secesserunt, ibique residerunt usque ad an. 1677. quo mense Novembri Urbs hac à Galis occupata fuit, tunc cuiusdam Canonici inde huc se seque exiit, qua vicum attingebat, Silva ex loco domos et Ecclesiam, qua ipsi loco Cathedralis, quam Basileenses possident, esset, exitarunt, ubi hodieum adhuc Subsistunt.

5^o Zwinga | Zwingen: | Arx cum Vico in planitie posita tribus circiter miliaribus ad Austrum à Basilea. In ea Praefectus Provincialis residet, qui Ditioni, qua ab ea nomen habet, Dominatur.

† occurrit

6^o Non procul ab ea Lauphanium seu Laupha | Laupfen seu Loupfen: | Urbs exigua praecipua Zwingana Praefecturae locus, in ameno et fertili agro posita, ubi Bissa | Die Biss, et Luzella | Lützel: | confluent. Valli, in qua sita est, nomen imperitur. Cives ad Basileensium exemplum saeculo XVI. Zwinglianum sive Calvinismum amplexi sunt; et an. 1648. Decretum seu Formulam Interim Ditam ab Imperatore Carolo V. emanatam acceptare venerunt. Tandem tamen Catholicam Religionem de novo sectati sunt. An 1638. Saxo-Wimarienses illam occupaverunt, et sequenti anno deseruerunt.

7^o Delemontium, sive Delmontium | Delsberg, Delsberg, Delemont, Delmont, Delemont: | Urbs Salisgauria praecipua. Non adeo magna est sed tamen venusta, cuius plateas rivus perfluit. Situm habet locus ameno ad Bissam et Sona confluentem Bruntrotum inter et Solodurum, quatuor leuis gallicis ad Euronotum à Bruntroto et sex ad Caesum à Soloduro. Nomen tribuit valli, cuius Caput est. In ea residet Praefectus, ut vocant, provincialis.

Antiquitus Urbs hac sedes fuit Nobilium, qui ab ipsa cognominati sunt. An. 1393. Episcopus Mönch de Corona | Non dandecron: | huius Urbis Civibus eadem privilegia et immunitates indulxit, quibus Basileenses fruebantur.

In ea sunt Canonici, qui ab Oppido grandis vallis, postquam illius Incola ad Saera Zwingiana accesserant, huc se receperunt, de quibus plura dicemus, ubi de Oppido illo nobis erit sermo. Adhuc etiam Urselina, et extra muros Patres Capucini habent Coenobium.

Post huius saeculi initium Episcopus Joannes Conradus de Reinach, qui ab an. 1705. usque 1737. quo 19. Maji vitam posuit, Ecclesiae Basileensi praefuit Dele-

montii palatium satis magnificentum edificari cura-
vit.

8.º Bellagium { Bellay, Ballala: } celebre et opulen-
tum Ordinis Cisterciensis Conventum in monte libero
{ In Forstberg, dans la franche Montagne } situm tribus cir-
citer miliaribus versus Castrum à Monasterio grandis Vallis
{ Müngtor im Granfeld, Montier en grand Vall } cui Sise-
nandus seu Sigenandus, Siginandus, vel, ut quibusdam
placet Sigismundus Ecclesia Collegiata Monasterii
grandis Vallis Praepositus an. 1136. vel, ut alii volunt,
circa an. 1140. Idem initium. Cum enim, prout narra-
tur, die quadam venando apertam feminam seu porcum
feram { Cune wilder Fiwirh = Miltor: } per horridam den-
sissime arboribus et dumantis silvam ~~insequeretur~~ insequeretur,
adeo profunde in eam penetravit, ut viam, qua
egrediretur, quamvis eam integri tridui spatio sollicitè
quassaret, hanc invenire valuerit, sed semper ad eum, quem
reliquerat leum, redierit; ad hos redactus angustias rivinam
quem imploravit promittens, si Deus illum ad viam, qua eum
repperat, rediret, reduceret, se eodem loco, quo erat,
oratorium in honorem S. Augustini edificaturum, nisi
se voto ~~habetur~~ rectam invenit viam, et domum ~~invenit~~
hæc quarto die reversus statim illud solvit, atque ibidem
oratorium, prout poponderat, construxit, quod deinde
fidelium largitate ac piis eleemosynis in amplum exar-
vit Monasterium.

Illius primus abbas fuit Geroldus vir magna piam
et scientiarum virtute illustris, qui celeberrimum Bra-
monstratensium Ordinem nuper, scilicet an. 1120. à
S. Norberto, institutum, in illud introduxit. Ordi-
nibus seu Orthiebus Comes à Froburg Episcopus Basile-
ensis an. 1168. magnificè illud dotavit, adeo, ut alter
illius fundator dici meruerit. Illius adhuc pædia illi
addidit Humbertus Comes Neocomensis itidem Episcopus
Basileensis, qui an. 1403. obiit. Denique Praepositura
in Comitatu Rhenofeldensi, que Porta Coeli { Gimmold-
Kloster } dicitur, à quodam Principe Austriaco autem
fuit.

In Concilio Constantiensi Martinus Papa huius Co-
nobii Abbatem pedo pastoralis et Matris rectori bra-
lati titulo insignivit, et Imperator Sigismundus Mo-
nasterium à saeculari Basiliensibus Episcopi iurisdic-
tione exemit. Modò Abbas Bellagiiensis inter
Episcopatus Basiliensis Status primam sedem obtinet,
cisque praest. Jura civitatis gaudet apud

Bernates, Soloduranses, et Biennenses, ac sub praesidio
et tutela pagi Soloduransis degit.

4 Caput

9^o Monasterium in Grandi valle | Münspro im
Grandfeld, Montier en grand-Val: | Spectabile Oppi-
dum, ampla Praefectura, quae Grandis Vallis nuncupatur,
et quamplures continet vicosq; quatuor Leuis Gallicis ad oc-
cidantem à Delamontis, ubi illius Praefectus Provincialis
qui simul Delamontiana Valli praest, residet, situm.
Nomen accepit à Monasterio Benedictino, quod ei junctum
erat. Illud S. Germanus Nobilis civis et Senatoris Ba-
siliensis filius circa an. 620. natus, Luxovio, ubi sub
disciplina S. Waldeberti vitam agebat, acutus consensu
et ope Guidonis Grandis Vallis Domini excitavit, eique
tanquam Abbas praefuit, ~~quod dicitur Francorum Regibus Pipino~~
~~Carolo Martello, et Ludovico primo, et dicitur quod dicitur~~
~~Carolo primo, et Ludovico primo, et dicitur quod dicitur~~
~~Carolo primo, et Ludovico primo, et dicitur quod dicitur~~
dicitur dicitur dicitur dicitur dicitur dicitur dicitur
omni possessione Comitum, quibus sibi illud concessum appo-
ditur, ~~et dicitur quod dicitur~~ ~~et dicitur quod dicitur~~
et dicitur quod dicitur ac brevi post Martyrium subit; cum enim
idem Guido subditos suos nimium quantum premeret,
ipse cum S. Randoaldo Comite sui Praeposito ad illum
profectus est eundem adhortaturus, ut cum his subditis
mitius ageret, tum vivem ~~et dicitur quod dicitur~~ Guidonis domesti-
ci propè vicum tribus horis quadrantibus à Delamontis
occurrentes utrumque lanceis confoderunt circa an. 677.
Ipsorum tumultus sub Praeposito Henrico Imperio aper-
tus fuit, et Reliquia publica reposita an. 1477. 21. feb.

Monasterium hoc à Francorum Regibus Pipino, Caro-
lo Magno, Lothario, et à Burgundiae Monarchis Rudol-
pho II. et Conrado ejus filio multis privilegiis et praediis
ditatum fuit. Illud Conradus à manibus quondam
Comitum, qui illud unam Oppido sibi affererant, epis-
que rebus inter se partiti erant, eripuit: ipsius filius
Rudolphus III. cognomento Ignarus ultimus Burgundiae
Rex illud an. 1000. illud una cum Oppido, et Valle S. Im-
merii ac S. Ursicini urbe Adelberto II. Basiliensi Epis-
copo et Ecclesiae sua Cathedrali donavit, qui statim illud
Collegiatam Ecclesiam fecit, Monachis ad Saeculum traduc-
tis et Canonorum titulo insignitis. Hi tandem sa-
eculo XVI. cum Oppidi incolae Reformationem amplexi
fuisent, excedere compulsi Delamontium se receperunt
asportatis secum SS. Germani et Randoaldi reliquiis, quae
ibidem in Ecclesia parochiali, quae simul Collegiata facta
est, supra summum altare collocata fuerunt, atque
ibidem adhuc videntur, et singulis annis recurrente illorum
die festo pompa et apparatus Solemni per Selectos

Sacerdotes in processione deferri solent.

Anno 1271. Rudolphus Habsburgicus, cum Henrico Basiliensi Episcopo & Comitibus Neocomensibus simultates erant, Monasterium hoc in flammam et cineres abire iussit, et cum an. 1367. Joannes de Vienna itidem Basiliensis Episcopus Biannam, alias sibi subditam Helvetiae urbem, quod Civitas sub privilegiorum suorum et juris Civitatis, quo jam ab an. 1352. apud Bernates fruebatur, obtenta, eadem in omnibus hunc morem gerere detrectarent, incendisset, vicissim Bernenses et Solodurenses Oppidum hoc incinerare viderunt.

An. 1486. Caspar de Rheim Episcopus, jus Civitatis, quod hujus Oppidi et Grandis Vallis incolae apud Bernates habebant, probavit, quod deinde annis 1496. 1613. 1633. 1655. 1671. 1689. 1704. 1706. et 1722. renovatum fuit.

Vallam hanc Petra bifariam dividit, scilicet in eam, quae Supra, et alteram, quae Infra Petram dicitur.

Incola à variis Episcopis, praesertim an. 1430. à Joanne de Fleckenstein eximia obtinuerunt privilegia. Partim Catholici sunt partim Zwingliani. An. 1706. Nidavia, et an. 1711. Aoberga Bernates inter et Episcopum conventio iuncta est, ut cuius Catholici Incola domicilia sua, quae supra Petram habebant deserere, et infra Petram sedere deberent, ut sic Zwingliani soli supra Petram habitantes quiete laici huius vacare possent.

10. Petra pertusa: Strin-Hoo, Pierreportis, Pierreport, Berport, et Berport: via angusta ingenti et praesalta, Invasi montis rupi incisa, quae pars est hujus montis ramorum, quibus Rauracia ab Helvetia separatur, Biannam inter et Delemontium Urbes, 3. leuis Gallis versus Austonum ab hac et 9. ferme ab illa distans, prope Birsca fluminis fontes. Rupes haec Romanorum aetate perforata fuit, atque per ipsius media via exiit, cuius diameter secundum rupis crassitudinem ad 46. pedes geometricos, altitudo autem ad 36. porrigitur, et latitudo tanta est, ut duo currus adversa fronte per illam commode possint transire. Id factum ut in hac plagâ à Rauracia in Helvetiam, et vicissim, transitus pateret.

Eidem superposita est Inscriptio, quae duorum Augustorum meminit, è qua temporis exactitas partem exiguam seu litteras quarum sustulit. Admodum probabile est eam Saes hinc incisam fuisse circa annum Christi 238, sub Imperatoribus Balbino et Pupieno. Pupienus Sequanorum Praefectus fuerat, et rupes haec Praefectura sua terminus erat, ut quae, prout non dictum, Helvetios à

Eidem superposita est Inscriptio, quae duorum Augustorum meminit, è qua temporis exactitas partem exiguam seu litteras quarum sustulit. Admodum probabile est eam Saes hinc incisam fuisse circa annum Christi 238, sub Imperatoribus Balbino et Pupieno. Pupienus Sequanorum Praefectus fuerat, et rupes haec Praefectura sua terminus erat, ut quae, prout non dictum, Helvetios à

Sequanorum Rauravis distinguebat. Cuperimus factus Imperator semperque Sequanais favens, hanc viam perfodi et per eam communi usui in vecturarum commodum et facilitatem excavari viam iussit, quod dum adhuc huic populo praesert, necessarium iudicaverat. Id efficit ministerio Paterni Romanorum in Helvetia Praefectoris simulque Coloniae Helveticae Magistratum gerentis. Quidam arbitratur id iam sub Antoninis Imperatoribus factum fuisse; at eos hallucinari velim patet, quod ipsi non simul, sed unus post alterum duratum imperarint; enimvero Antoninus cognomente Pius Imperium adit an. Chr. 138. ac 22. annis, mensibus 6. illud tenuit, ipsius autem Successor Marcus Aurelius Antoninus an. 161. Imperator factus est, ac Imperio praefuit annis 19. *Inscriptionem.*

En ipsam truncatam Inscriptionem, prout hodie dum adhuc extat:

NUMINI AUGUS
 VIA ² U M
 DUM UCTA PER M
 UUM PATERN
 II VII COL HELVET

Suppletis, quae desunt, litteris sic eam legi oportet:

NUMINI AUGUSTORUM
 VIA DUCTA PER MONTEM
 DURVUM PATERNUS
 DUUM VIR COLONIAE HELVETICAE

Hic propter loci angustiam et montium asperitatem cum exigua militum manu integri exercitus propulsari et reprimi potest impetus, nihilominus Bernates an. 1367. in bello, quod Biennensium gratia adversus Episcopum Joannem de Vienna susceperant, locum hunc propugnaculo et praesidio munitum assaultu ceperunt, sibique in grandem Vallem viam aperierunt.

129. Valis S. Jumerii 1: 07. Jumerod Thal, la Vallée de St. Jumerier: 1. prima ex hac Rauravia parte Helvetiae plaga, quam Petra pertusa ab illa separat. Coallis

montibus et rupibus cingitur, et ad occidentem Dubi fluvio, ad austrum Comitatus seu Principatus Neocomensis parte, ad orientem Biannensi agro, et ad septentrionem Invasi montis ramis, ubi Petra pastura, clauditur. Nomen habet ab oppido, quod S. Immerii dicitur, atque milliari gallico ad orientem à Dubi situm est. Vocatur etiam Arguel | Arguel, Arguel; ab ejusdem nominis Castro, a dicto oppido in ipsius vallis finibus versus Principatum Neocomensem milliari germanico ad austrum positum, quod an. 1283. Henricus Antea hac Vallis hac ad Biannenses pertinuit, sed anno 1610. sub intercessu aliquot Helvetia Bagorum Episcopo Basiliensi tradita fuit, ita tamen, ut illius incole sub Biannensium venalis permanerent, ipsique quoad rebus belicam subiecti essent.

Henricus VII. Episcopus Basiliensis, ordinis S. Fran-
cisci Discalceatorum
causavit.

Cum anno 1567. Episcopus Joannes De Vienna Biannam occupasset ac incendisset, Bernates et Solodurones in hanc eique vicinam vallam impulerunt, omniaque flamma ferroque miscantes damnum Biannensibus foveratis suis ab eis illatum abunde ultri sunt. Bellum hoc Scriptores Malum nunciant.

Anno 1637. Dux Saxe-Wimariensis in vallam hanc movens Arcem Arguelam occupavit, ejaque Episcopi Ministris cum Incolis pactus est: at ad instantiam Protestantium Helvetia Bagorum an. 1639. ab ea recepit. Incola Dringliana sive Sectarum; Praefectus quoque ab Episcopo constitutus ejusdem esse debet religionis.

13. Bianna, Biannensis, et Catenisa | Diol, Bi-
anne; | Ubi ad septentrionalem terminum lacus, qui ab ipsa Biannensis dicitur, habet in planitie, cui collis unatis latus imminet, et quam Suzza fluvius alluit ac ibidem lacui immergitur, ad confines pagi Bonensis ita Solodurum inter et Neocomum, ab utroque S. lacus gallicis huic ad Euro-Aquilone-Merem, illi ad Africum.

Ilius origo incerta est; memoria tamen proditum est, Imperatorem Rudolphum I. Habsburgicum anno 1275. eidem ipsamet privilegia et immunitates imper-
tivisse, quibus Basilea fruebatur, qua postmodum Imperatores Adolphus, Henricus VII. et Sigismundus confirmaverunt, qua privilegia tot et tanta sunt, ut Episcopo Basiliensi via subiecta esse videatur. Ilius in eam jura hac duntaxat sunt, Praetorem constituerit, qui, ubi de causis criminalibus agitur, Donatus praesidet; nam in causis civilibus, Verbis Consul praesidet. Mediam tributo-

rum partem, quae Solidum Imperialem seu, ut vocant, thalerum excedunt; item quaedam decimas et alios huiusmodi redditus percipit. Cives ad ipsius tuitionem ei propriis sumptibus militare; non tamen adversus Conciives suos Bernates; timentur, sed non ultra diei iter progredi adstringuntur, quod si ulterius eos movere contingat, id Episcopi sumptibus fieri debet.

Bini in hac Urbe sunt Senatus, Major scilicet, quem 30. Senatores constituunt; et Minor, qui 24. viris constat; quibus adiungitur vasillifer, qui rei militaris, populi, ac speciatim orphanorum curam gerit.

Cives in sex Tribus distribuuntur, ex quarum unaquaque partes Senatorum numerus asperitur. Jure Civitatis gaudent apud Bernates ab an. 1352. apud Solodurvenses ab an. 1382. et apud Nidburgenses ab an. 1407. Anno 1367. occasione belli, quod adversus ipsos Episcopus Joannes de Vienna gessit, foedus et jus civitatis cum Bernatibus renovarunt. hi ergo eis tulerunt opem et Castrum, quod in ipsorum Urbe habebat Episcopus, demoliti sunt; id non obfuit, quin ipse Urben incendit, p.

Cives Zwinglianismum profitentur. Eorum lingua materna est Germanica; ab aliquot tamen saeculis Gallica apud ipsos etiam viget. Habent etiam circum urbem suam territorium, quod Ager Biennensis vocatur, et ejus Incola pariter sunt Zwingliani.

14^o. Bonna; Nainstadt, la Bonne Ville; Urbs est qua sed venusta ad litus lacus Biennensis versus meridionale in angusta planitie lacum inter et Montana tribus miliaribus versus Septentrionem à Neocomo posita. Si imminet Castrum sedes Castellani seu Praefecti ab Episcopo constituti. Cives eximie gaudent privilegiis. Proprium habent Senatum, Praetorem et Vasilliferum, p. Zwinglianismum profitentur, p.

Subsectio V.

De Comitatu seu Principatu Neocomensi, et Vallangino.

Comitatus seu Principatus Neocomensis et Vallanginus; Der Grafschaft seu das Fürstenthum Neuburg und Vallangin, la Comté seu Principauté de Neuchâtel et Vallangin; limites habet ad Orientem et Meridiem Regnum Bernense; ad Occidentem Comitatum Burgundiae, et ad Septentrionem Vallis S. Hymarii et Agrum Biennensem. Longitudo ejus à Septentrione ad Austrum est 10. leucarum gallicarum,

latitudo autem ab Occidente ad Orientem sex ductant
hujusmodi leuorum. Inuisa pars est Burgundia Trans-
juvancæ, quam Frangia Dues possederunt. Prius fuit
pars Regni Arrelatensis et ex eo creata Burgundia Regni,
quorum ad Imperatorem Conradum II. qui ab an. 1024.
usque ad an. 1039. quo Ultrajecti vitam ponit, ~~domi-~~
~~nostris~~ Imperio profuit, devolutus est.

Proprios Comites habuit, ~~Imperii feudatarios~~ Burgun-
dia Regum et postea Imperatorum Germanorum
feudatarios, quorum unus Memphis nomine jam
an. 815. superscripte dicitur. Primus tamen Comes
Neocomensis, cujus etiam memoria, fuit Ulricus, qui
sub finem sæculi XII. et initio XIII. in vivis fuit.
Filius habuit nomine Bertoldum, cujus heres ex-
stitit Rudolphus. Hi Comites hactenus immediate
sub Imperatoribus steterunt usque ad Rolinum, qui
an. 1288. Comitatum suum Imperatori Rudolpho
Habsburgico libere resignavit, quem ille Joanni Cabil-
lonensi in feudum tradidit, à quo dein idem Rolin-
us eundem in Imperii subfeudum accepit, Rudol-
phus, qui Rolino in hoc Comitatu successit, eidem
Joanni Cabillonensi homagium præstitit; tunc eti-
am feminae, deficientibus masculis, successione ca-
pax declarata fuerunt. Hinc factum, ut succeden-
tibus temporibus et sæculis, etiam postquam Comitatus iste
ad domum Cabillonensem redieret, ad varias familias
opæ feminarum pervenerit, usque ad an. 1707. quo
illius Princeps Maria Aurelianensis de Longa villa vi-
dua Principis Nemusiensis vitam ponit; tum enim
tres hujus Principatus Status, penes quos est in eo supre-
ma potestas, pro Tribunali sedentes, prætermissis
aliis candidatis, qui permulti erant, pro Rege Boru-
nia sententiam tulerunt, eique Principatum suum ad-
dicarunt, ~~peros~~ qui illum ad filium ~~Gordium~~ mo- q. hunc, huius
ad
do regnantem transmisit.

Tres, ut diximus, numerantur hujus Principatus
Status, Nobilium Scilicet, Castellanos, et Civium.

Eidem jungitur Comitatus Valanginensis; ~~Dir~~
~~graphi~~ Wallangin, la Comté de Valangin; ~~1~~
olim feudum fuit Principatus Neocomensis, pro-
priosque habuit Comites, tandem post varias Domi-
norum mutationes Maria Borbonia Leonori Duci
Longuillensis vidua illud sibi emit, atque Prin-
cipatui Neocomensi adiecit ita, ut ab illo tem-

...pactis... quod... dicitur... quod... dicitur... quod... dicitur...

Binij... Senatus Major... quoniam... dicitur... quod... dicitur... quod... dicitur...

...dicitur... quod... dicitur... quod... dicitur... quod... dicitur...

* Laus Neos - Metropoli Neoromensis dicitur omnino lenis, pimentis seu Neos-rat, at in montanis paulo asperior est. Tellus juxta longitudinem ad riu^m diligentia et impigro labore illam ubique fer- septem miliaria talem effecerunt. Sub montibus hinc optima vi- perrigitur, ab lbra veta, et agri foveundi. Colles juxta lacum ps- druno videlicet liti vinetis teguntur, e quibus vinum album usque ad S. Bda- et rubrum prodit, prius medicare est, istud vero- lium vicum am- optimum. Silva feris abundant. Laus et Pusa- plium e regione p: di vofra: | excellentes pisces continent. In mon- Neoromi et in ter- tanis plures vari lapides et concha in lapides transmu- mino lacus ver- tata reperientur, quam ubique in Helvetia: hujus- sus Biennam modi lapides etiam in flumine Dyon occurrunt. Ad- positum: maxi- sunt etiam ferri, plumbi, marmoris et lapidis fipilis- ma autem lati- fodina. Involis universum seculi, laboriosi, ingenio pras- tando a Neoromo tante, et alacres sunt, ita ut magis ad Galorum quam que est 2. milia- Helvetiorum genium facti videantur. Factantia et rium duntaxat.

vanitati nonnihil indulgent, unde vulgò Helvetia Vano-
nes |: In Defensio, vixit Gasconior, les Gascons De la Suisse: |
appellari solent, quod magis, quibus gaudent, privile-
gis adscribitur. Ab anno 1530. omnes Zwinglia-
nismum seu Calvinismum profitentur, praeter Barone-
tus Landevonensis, quo urbs et aliquot vicinia continentur,
Incolas, qui in Religione Catholica constantiter perman-
serunt. Gallia lingua utuntur; plebs commu-
niter vixit utitur idiomate Burgundico simili, quod
ex mulierum ore proiens quaedam pro se fert amve-
nitatem.

Olim in hoc Principatu commercium floruit,
at post interdictum, quod à Rege Gallia circa nego-
tiationem in Burgundiam emanatum est, illud pe-
nitens fere interdidit, nec ultra Vaudum et Germa-
nicam Bernensis pagi regionem porrigitur. Hic
notari merentur

1. Neocomum, Neoburgum, Neopyrgum, Noi-
denotex |: Numburg, Wolff-Numburg, Neufchâtel,
Neuchâtel: | Urbs totius Principatus caput, pul-
chra et satis ampla, prope Lamum, cui nomen im-
positum, partim in colle, cuius declivitas rigidissima
est, partim in planitie posita est, duobus miliaribus
germanicis paulo versus Africum à Bonna. Magni-
fici cum publicis tum privatis aedificiis ornata est.
Syon fluvius mediam perfluit, et alternatim Saaves
efformat catascatas. Non loco Sublimi posita est
ad quam per 100. gradus, quorum aliqui saevus sunt
iniri, ascenditur; ad illius latus in arca urate
vetus Templum à Bertha Regina conjugis Rudolphi II.
Burgundiae Regis, qua an. 937. à vivis excepit, una-
cum Arce excitatam. Antechae supra huius Tem-
pli principem portam exstabat imago B. V. Mariae in
Throno Sedentis, at ubi Neocomenses auctore Wilhel-
mo Favello* an. 1530. Calvinianismum adoptarunt ean-
dem effigiem sustulerunt imaginem, Diaboli vero effi-
giem ad eundem Templi portae latus extantem relinque-
runt, qua etiamnum adhuc ibidem visitur: unde Catho-
lici ausam sumere dicendi, Neocomenses e foribus
Templi sui B. V. Mariam amovisse, Diabolum vero re-
liquisse, ut nempe illius velut proclava ipsorum aucto-
ris sectae auctoris continuam haberent memoriam,
atque in Templum venientes cum Inveccari necesse.

* Favellus |: Wilhel-
mus Vapinii |: q. p. |
in Delphinatu no-
bilibus parentibus
natus an. 1489.
Basinos missus ibi-
dem Philosophica
simulque Graeca
et Hebraica lin-
guis operam dedit.

apostolus:

Post in Sorbona docuit, cum Lutheo ei diceret: Sancta Diabole Ora pro nobis.
 inde Meldas abeijt. In Templo hoc videntur quaedam Sepulchra veterum
 Sen civitatis Episcopo Comitum et Comitissarum Neocomensium. In illius
 po Wilhelms Bri- area medio ostenditur nudis lapidibus, sub quo jacet ca-
 conato an. 1521. daver Wilhelmi Franci Civium Apostoli.
 excitus ibidem nove In medio Urbis Senensis occurrit vetus turris ex lapi-
 sectis, quam imbibe- rat, semina spavit. Jibus quadratis, quam à Julio Casare excitatam ferunt;
 unde expulsi Argen- unde aliqui suspicantur Neocomum fuisse Poloniam
 toratum, Tigurum, Equestrem Romanis notam, aliis vero Noisdenolam
 Bernam, Belgar- fuisse videtur.
 dum, denique an. Urbs haec Regi Borussiae velut Principi suo subiecta
 1529. Neocomum ext: amplis tamen fruitur privilegiis et juribus. Pro-
 venit, ubi novi prium habet regimen, quod Minori et Majori Se-
 Evangelii sui pro- nate constat, utriusque praesidet Consul. Minorem
 dicatione Civis co- Senatorem componunt 24. viri; hi specialia Urbis ne-
 adduxit, ut anno gotia curant, atque in eorum Tribunali, cui Regius
 sequenti Religioni Praetor praesidet, causa in prima instantia dijudican-
 Catholica nuntium tur. Ubi autem de re criminali agitur, Senatus
 remisissent. tan- quidem fert sententiam, reservata tamen Principi
 dam post varias po- facultate poenam res dictatam minime aut om-
 reformationes ultio- nino remittendi. In causis civilibus datur provo-
 us gesserant, à qua catio à Senatu ad tres provinciae Ordines seu Status.
 jam bis pulsus fue- Major Senatus constat 40. viris; hi et 24. Minoris
 rat, rediit anno Singulis diebus luna cujuslibet mensis conveniunt,
 1564. Calvinum ad ordinanda Urbis negotia, p. Quatuor nume-
 graviter decumben- rantes Urbis Consules, qui alternatim Singulis seu
 tem invadens; inde- vantibus mensibus imperant. Hi etiam in trium Statuum
 Metas, unde etiam Tribunali tertium Statuum representant.
 ejectus, jam fue- Anno 1033. Imperator Conradus II. Neocomum ob-
 rat, petiit, Sta- ledit, et penè devastavit. An. 1248. 1268. et
 timque Neoro- 1450. magna incendii damna sensit. An. 1486.
 mum rediens an. foedus perpetuum cum Berna pepigit. An. 1579.
 1565. ibidem ad ingens Cataclysmus ei 50000. Coronatorum dam-
 plures abiit. num intulit. An. 1714. magna illius pars de-
 Inter opera sua, que nus in flammis abiit, quo infortunio plusquam
 admodum pauca- 150. familiae ad incitas redactae fuerunt.
 sunt, recensentur: 20. Landeronium | Landeron, Landron, Lan-
 Thematata quadam Jeron: | Urbs exigua caput ejusdem nominis Barona-
 Bariloae Latine et tius, ad Thilam | Ifrol: | fluvium, velut aliis placet
 germanice edita. ad lacum Biennensem sita 2. miliaris ad orien-
 Disputatio Berna- tem à Neocomo. Ajunt eam ex ruinis Neonicae
 habita. Sommai- | Nevicu: | magna quondam Urbis à Juvapo monte
 re et Secularatione ad Thilam, et à Landeronis Craciaum | Gesty: | Vi-
 Brieve et vascipai- cum usque parveta excitatam fuisse. Jura lin-
 ra à touz Chotiens- gua germanica et Sabaudica sunt in usu.
 de la Sainte Gene-
 du Seigneur p.

Anno 1324. ab Episcopo Basiliensi Gerardo de Wippen-
gen et Bernatibus, quibus cum Comite Neocomensi bellum
erat, temeraria vice in castrum obfessa fuit. Ei adjuvati sunt
quidam Vici, praecipua autem Geniaurum [Grosby] qui
vincium ipsa Baronatum seu Castellanicam efficiunt.
In sola omnes Catholicam Religionem profitentur,
nec ad Calvinianismum se tradidi unquam possunt.
In Spiritualibus Subsunt Episcopo Lausannensi, qui
Niviburgi Nivithoniae residet.

3. Vallanginum, Valenginum [Vallangin, Valan-
gin, Valengin, Vallengin, et Vallendys] Oppidum et
Caput ejusdem seu nominis Comitatus, qui, prout
jam supra memoravimus, Comitatus Neocomensi jun-
tus, unicum ipso unum efficit Principatum.

Oppidum istud situm est in angusta et gibbera
vabe inter praesaltos montes et Saca Miliori supra
Neocomum. Veteres Vallangini Comitatus in eo
Aerem habuerunt in rupe positam, cuius pars adhuc
Superest.

Subsectio VI.
De Republica Genevensi.

Republica Genevensis [Dab Gyonfona Gyonfona,
La Republique de Geneve] artibus limitibus coarctat-
tur, nec ultra undecim Paroecias [Parsy, Pior] con-
tinet. Eius Longitudo à Septentrione ad Austrum
est 4. milliarium Germanicorum, Latitudo ab Occi-
dente ad Orientem totidem. Ei inminent ad Orien-
tem Agri Cabalicus et Trofigniacus; ad Austrum
Tractus seu Ducatus genevensis, qui modo pars est
Sabaudiae, proinde cum ipsa confundi haud debet;
ad Occidentem Rhodanus flumen, et ad Septentrio-
nem Gessia. Hic notatur

1. Geneva, Gebenna, Genevensium Civitas, Jans-
ba, Januba, Jenoba, Genabum vel Cenabum, Ge-
nava, Colonia Allobrogum [Gyonf, Geneve] Ci-
vitas olim Episcopalis Caput Republice, et antehac
Ducatus, qui illius nomine Genevensis [Le Genevois]
dicitur ac Sabaudiae pars est, adentiman Lacus Lema-
ni partem, ubi Rhodanus ex eo erumpit, sita. Eadem
ac Republica ipsi sunt limites, ac inter Galliam, Sabau-
dian et Helvetiam porta ab omni infestatione tuta
quiescit, quod primitivi Principes et Status eam ab uno

illorum opprimi haud patiantur. Vetusissima est, et olim Aedobrogum, quos Romani subegerant, urbs fuit. Ea aetate, qua Julius Caesar in Gallias imperabat, Geneva spectabilis admodum urbs fuit, quod ipsemet initio suorum Commentariorum testatur; et post illius tempora per 400. et amplius annos nullus historicus aut Scriptor illius meminit, et qui suspicati sunt eam fuisse Coloniam Romanam, illam cum Colonia Equestri confuderunt, quae tamen urbs fuit ab ea distincta, prout liquet ex itinerario Antonini, in quo Geneva 37000. passibus ab Equestri ponitur, et ex Tabula Peutingeri, ubi Geneva a Colonia Equestri distinguitur. Porro per multas Inscriptiones, quae hodie ibidem adhuc extant, probant Civitatem hanc sub Imperio Romano celebram fuisse; in una earum Insula Genavenses numpantur, et antiquitas Geneva seu Genava, vel Cenava, item Geneba indiscriminatum scribetur. In Subscriptionibus Episcoporum Genevensium, qui Eusebia Gallicana Concilio Saeculo VI. celebratis interfuerunt, Geneva legitur, et in Concilio Epaonensi an. 517. sub Sigismundo Burgundiae Rege celebrato, cui adfuit Maximus Genevensis Antistes. In quinto Aurelianensi an. 549. cui Tranquillinus Presbyter a Papulo Episcopo missus est, in Lugdunensi II. an. 567. et in quarto Parisiensi, quod an. 573. coactum fuit, pat cui subscripsit Solonius. In Valentino II. Strigoniensi an. 584. et in Matisconensi II. quibus interfuit Cariathon Episcopus. Eodem Saeculo nomen istud in Genavans, et Janobam corruptum fuit, prout ex lib. 4. Hist. Gregorii Turonensis patet. Qui post 400. annos vixerunt transpositis litteris Gebennam scripserunt, quod apud Scriptores humilis Latinitatis legitur.

Cum post mortem Caesaris Geneva vicini populi adversus Romanos rebellarent, haec longe eximium erga ipsos fidelitatis edidit exemplum, unde etiam magnis privilegiis et immunitatibus specieatim vero Supremo in Lauro Lemannum Dominio praemio locis donarent. Tunc temporis Geneva fuerunt Magistratus Romani, qui ius dicebant, Aediles, Pontifices, Sacerdotes Ethnici, caeteraque omnia quae ad politicam et Religionem Romanam pertinebant. Saeculo Eusebia II. Religio Christia-

na ibidem annuntiata fuit et Episcopus constitutus, cumque sub Imperio Marii Aurelii Antonini, qui an. 161 Imperium adiit et 19. annis tenuit, tota in flammis obisset, ipse eam vicinis exstruxit, illiusque privilegia confirmavit, necnon Christianis in ea De gentibus liberam suam religionis exercitum concessit; tunc, ut verisimile est, ipsa in gratia sui erga eundem animi testimonium Aureliana dicitur voluit.

Geneva postmodum à Barbaris, qui Labascente Romano Imperio Regnum, sub Burgundia Regni nomine creaverunt, multum afflicta fuit. Historici memorant Carolum Magnum, cum in Italiam proficisceretur, aliquandiu Geneva, qua jam tunc Franciis parebat, demoratum fuisse, necnon illius et Episcopi privilegia confirmasse. Communis opinio est Totonem et Beltramum, quod ei cum 700. viris in bello Longobardico adfuerint, primos Genevensis Civitatis ab ipso creatos fuisse. Haec dignitas in utriusque Successoribus propagata est usque ad an. 887. quo Boss Rex Burgundiae idam Petro, qui à Beltramo traheret originem, ac ex his Comitibus solus Superstes erat, tradidit.

Ubi Rudolphus I. an. 888. Octobri seu Martii in Vallesia Burgundiae Transjurana Rex fuit proclamatus, Civos Genevenses ipsi et Successoribus suis paverunt usque ad Rudolphum III. qui Conrado II. Salico Imperatori Regnum hoc suum testamentis reliquit, tum enim Imperii Germanici facta est. Huius filius Henricus III. cognomento Niger, qui eidem in Imperio Successit, Loringia Ducem Burgundiae Transjuranae praefecit.

Imperator Fredericus I. cognomento Barbarus, qui an. 1152. Imperium adiit, et usque ad annum 1190. tenuit Robertus Episcopus Genevensis et ipsius Ecclesiae omnia saecularia iura, nec exceptis iis, quae Imperio competebant, in Civitatem Genevam statim Regni sui iuris per patentis litteras concessit, sibi sicut antea reservatis honoris iuribus, quibus tamen uti non posset, nisi in propria personâ Genevam veniret.

Cum vero Bertholdus IV. Loringia Dux potentatem, quam in Burgundiam Transjuranam habebat, etiam in ipsam Civitatem Genevam extendere cupere-

ret, ab eodem Imperatore Frederico Bullam obtinuit, qua ipse ei supremum dominium in illam tribuebat, quod brevi post Amadasi II. Sabaudia Comiti filio Amadasi Imperatore an. I. qui anno 1162. e viris exceperat, cepit: obtulit Anadasi. et an. 1310. S. R. J. Brindusius Episcopus, et hujus donationis revocationem ab eodem Frederico obtinuit, necnon confirmationem in persona idem, quam prius eidem fecerat.

1416. 19. februarii Imperator Sigismundus Sabaudia Comitem in Ducatum participes erant, publica proclamationes non modo ad Episcoporum et ipsius Vicadominii, sed et quatuor Civitatis Syndicorum necnon Senatus nomine fiebant. Hi Syndici unicum viginti Senatoribus et Thesaurario a Civibus electi Episcopi assessores erant; ubi magni momenti occurrerant negotia, iis adhuc alii adjungebantur. Iste viginti quinque virorum Senatus sub magno numero virorum ~~habebatur~~ quemadmodum et adhuc hodie, habet. Denique supremum Tribunal omnia familiarum capita componebant. Syndici Civitatis curam gerebant, et causas criminales dijudicabant, exceptis iis, que Ecclesiasticos tangebant, haec enim Episcopo et ipsius Tribunali reservatae erant. Hic in momento alienius robore sine civium participatione quidem concludere non poterat. Geneva igitur libera Civitas erat, quam Imperatores ipseque Carolus V. an. 1530. semper tanquam Imperialem respexerunt.

Tractus Genevensis comites Ecclesia Genevensis advocati erant, ac ViceDominatum in urbe possidebant tanquam Episcoporum feudum, super quo eidem homagium prestare tenabantur. at cum ~~subfixis~~ ~~urbem~~ urbem multum infestarent, eidem suppliciter tulit Amadasi IV. Sabaudia Comes, atque anno 1285. illius ViceDominatum obtinuit; quam tam ipse quam successores per ~~Magistrum~~ unum e Ministris suis, cui Castellani nomen fuit, administrari curaverunt.

Illius successores potentiores facti hanc Vice Dominorum titulum dedignati sunt, idcirco Castellanos suos duntaxat insigniverunt, reservato tamen sibi hujus officii jure, si cujus, se aliquando absolutum in Genevam dominium obtenturos sperabant. Verum quominus id assequerentur, Episcopi, Cives, et Comes Genevenses Episcoporum feudata

rii, qui suos habebant fautores, semper obstiterunt.
Tandem Saeculo XVI. Carolus III. omnia quaeque ten-
tavit, quò Genevam sibi subiceret. Quis molitio-
ni remissa mutavit obstiterunt Episcopi, quin imò
vini ultimus Joannes à Sabaudia, et Petrus de Bal-
ma [de la Baume:] eidem favere visi sunt.

Cives in duas factiones divisi erant: qui pro li-
bertate stabant, à voce germanica Eidgenosß seu
Eidgenots, quae Conjuratos, id est, Foederatos
ad tuendam libertatem sonat, et apud Helvetiae
Pagorum populos erat, et adhuc est in usu, Eigno-
ti; Eidgenots: vocari voluerunt, eosque, qui pro ab-
soluto et Supremo Dominio erant, ac proinde Duci
Sabaudiae favebant, Mammelucos Mammelucos
seu Mamelucos: dixerunt à voce Arabica, quae

Mamipium significat. Breviter, vix non ad
extrema redacti à Bernatibus et Friburgensi-
bus Helvetiae Pagis opem imploraverunt, qui an.
1526. eos non modo jure Civitatis donarunt, sed
et cum ipsis foedus pepigerunt. Postmodum
Bernates Carolo bellum indixerunt. Sub praetextu
quòd concives suos et Foederatos Genevenses infes-
taret, ac ei, praeter alias regiones, Vaudum eni-
pulerunt, Genevamque tutam praestarent.

Tum in ea Eignoti; Eidgenots: Mammelucis; Mam-
melucis: Superiores facti una omnes cum Vice-
Domino seu Castellano, qui in Are munita,
cui Insula nomen, residebat, ejecerunt.

Tandem an. 1536. Cives, auctore Wilhelmo
Farello, quem an. 1531. Catholicae Religionis Ze-
lo impulsus urbe expulerant, eadem abjecta
Extinglianam seu Calvinianam amplexi sunt.
Monachis et Monialibus, necnon Presbyteris Catho-
licis amandatis, Episcopus et Ecclesiae Cathedralis
Canonici Annesium Ducatus seu Comitatus Ge-
nevensis, cui jam à longo tempore Sabaudiae Duces
Dominabantur, Metropolim se receperunt, ibique
Sedem fixerunt.

Tum Friburgenses tanquam feridi Catholici,
nihil Societatis cum Genevensibus utpote auctores
Religionis Desertoribus ultro habere voluerunt,

* Nomen hoc dein-
de in Francia
propagatum est,
eosque ibidem om-
nes, qui Calvinis-
mum amplexi sunt,
insigniti fuerunt;
quod deinde in
Ugonots seu Hu-
gonots detor-
tum fuit, à quo
Latini hujus Re-
ligionis Sectato-
res Ugonotos seu
Hugonotos voca-
vere, qui prius
Sacramentarii
dicebantur.
vid. quae sup. lib. 2.
n. 172. de Hugono-
tis de in not. nos
disserimus.

iusque jus civitatis et foederis renuntiaverunt; at contra Bernates eos sibi novo foedere junxerunt; quibus post 40. annos Solodurenses, quamvis et ipsi Catholici, considerantes, quam momentosa Corpori Helvetico Geneva foret, se junxerunt, quod impedirent, ne Sabaudia Dux, qui continuo consilia agitabat, quibus illa potiretur, atque jura, quae sibi in eam competebant, recuperaret, quidquam adversus eam tentare presumeret. Imò Henricum III. Gallia Regem ad adduxerunt, ut anno 1579. conventionem inter Genevenses perpetuo foederi, quod ipsi cum Corpore Helvetico erat, adungeret, quin et an. 1589. mense Aprili cum ipsis adversus Sabaudia Duxem communem illorum hostem novum foederis pepigit, quod an. 1592. Henricus IV. confirmavit.

Anno 1602. 21. Decembris noctu Sabaudi Genevam Scallis admotis occupare tentarunt, verum à civibus repulsi fuerunt desideratis suorum quingentis.

Civitas haec bina Rhodani latera occupat, quibus in binas partes inaequales dividitur. Pars major, quae proprie Geneva dicitur, ad sinistram fluminis ripam in declivitate collis sita est, unde antiquitus ob humilitatem suam Adobrogum regioni adjecta erat. Pars altera, quae à S. Genario ipsius Ecclesiae parochialis patrono, S. Genarii nomen gestat, ad dexteram ejusdem fluvii ripam, et in veteribus Helvetiae finibus, posita est. Inter has binas hujus civitatis partes Rhodanus bifariam dividitur, ac Insulam efficit 700. pedes longam et 200. latam habitatoribus frequentem. Ambae Civitatis partes duobus publicis pontibus Insulae, ac proinde sibi invicem junguntur. Magna est, et iuxta suam amplitudinem populosissima. Partim Protestantium Religio, partim commercium quamplurimas externas familias in eam attraxerunt, ita, ut ultra 15000. animarum contineat. Incolis veteribus, Italis, qui saeculo XVI. à Venetiis et Luvia, Gallis antiquis, qui eodem saeculo, et novis, qui nempe post rescissionem Edicti Nannetensis à Ludovico XIV. Rege Galliae an. 1685. factam, in illam se receperunt, profugis impletur. Habitationem ipsius pergratam efficiunt coeli clementia, mite regimen, et omnium rerum abundantia, necnon Incolarum comitas saltem eorum, quos opulentia in arrogantiam haud egit precipites. Magnificis aedificiis cum publicis tum privatis, quae tot pa-

latia referunt, est ornata. Inter publica eminent
 Ecclesia S. Petri olim Cathedralis, ampla et vetus crucis
 formam exhibens, collem occupat, et eo loco posita est,
 ubi Romanorum aetate Templum Apollinis extabat.
 Anno 584. Guntramus Burgundiae Rex illam cons-
 truere cepit, Otto III. Imperator illius aedificium
 prosecutus est, ac an. 1025. Conradus II. itidem Im-
 perator absolvit. In nave visitur magni-
 ficum Henrici Ducis Rohani (de Rohan) Mausole-
 um ab ipsius vidua Margarita de Duby erectum.
 Obiit ipse Koenigsfelden an. 1738. ex vulneribus in
 praelio prope Rheinfeldam acceptis: illius cor ibi-
 dem relictum fuit, corpus vero huc delatum, et
 post annos aliquot ipsamet ejus vidua penes ipsum
 tumulata fuit. Ibidem etiam extat Sepulchrum
 Domini de Albinas (de Aubigne) famosa Domina
 de Mestinone (de Maintenon) avi: item Theo-
 dori Beza, qui an. 1605. 13. Octobris. 36. annos
 natus ad plures abiit, et Sacrum Amalia Nass-
 viensis nata Principis Atracionensis Mauritii Nass-
 viensis sororis et Emanuelis filii Antonii Lusitaniae
 Regis vidua, qua anno 1628. huc obiit.

Prater hanc Ecclesiam adhuc duae aliae in Majori
 Civitate occurrunt una S. Margarita, altera S.
 Jovis, et in minori, quae S. Jovis nomen
 habet, una ejusdem sancti nomine insignita.
 Calvinus corpus in cimiterio Ecclesiae, quae Bla-
 ni Balatium (de Blain-Balais) vocatur, quiescit
 sub lapide sine epitaphio.

Genevae extat etiam celebris Academia, cu-
 jus fundamenta jacta fuere an. 1536. post abo-
 litam scilicet Religionem Catholicam. Initio
 nominis ludus litterarius fuit, qui postea in
 Academiam excrevit, in qua Professores Grae-
 cae et Hebraicae Linguarum, Philosophiae, et
 Juris Theologiae nempe Joannes Calvinus et Theo-
 dorus Beza instituti fuere, hic primus hujus
 Academiae Rector fuit: Successu temporis Pro-
 fessores in ea auti fuerunt.

Adulterium Genevae severe punitur, et mulier
 hujus criminis convicta, appenso ad collum ingen-

ti lapide ab alto in imum praecipit agitur. Media ab urbe leuca gallica famosus Michael Servetus Soci- nianorum parens, qui filium Dei creaturam prae- dicabat, iussu Calvini igni traditus est, quamvis illum, ex S. Scriptura, quam tamen solam fidei Christianae regulam constituebat, et ad quam ipse Servetus pro- vocabat, convincere non valuerit.

Aliquot ab Ecclesia S. Petri passibus extat Ba- silica civilis magnificentum aedificium; illius atri- um ornant variae picturae cum elegantibus in- scriptionibus, item magna copia veterum vasa- rum, quibus ossa et cineres mortuorum tempore Eth- nicismi includebantur: plerumque an. 1659, con- tra fuerunt unicum plurimis numismatibus et inscriptionibus, quae sunt tot veteris Geneven- sis magnificentiae monumenta: procul dubio longe adhuc plura hujusmodi superessent, nisi repetita incendia Genevam devastassent. Basilica Civilis vicinum est ornamentarium omni apparatu milita- ri instructissimum, adest quoque Nosocomium, &c.

Civium quartum praecipue efficiunt insignia Of- ficia variorum textilium et feramentorum, adhuc etiam ultra 300, Automarici fabri, qui optima por- tabilia horologia conficiunt ac vili satis vendunt pre- tios. Genevae plebs lingua Sabaudica uti- tur, qui vero supra plebem exstiti sunt gallicè lo- quuntur.

2.º Lacus Genevensis (Grand-Dor, le Lac de Geneve;) à Civitate nomen habet, alius eti- am ab Urbe Laufannâ Lacus Lausanensis con- ceptatur. Antiqui illum Lacum Lemannum vocarunt à Lemano Caridii filio, qui post bellum Trojanum in hac plagâ Rex fuisse dicitur. Stra- bo lib. 4. illum Belamenum Lacum seu Li- manum nominat. Piscium dives est, necnon 50. librarum Cretas continet, unde et illi- us piscatura praecipuis Civitatis proventibus annu- meratur. Super eum triremes aliquot habent Dux Sabaudiae et Bernates, Vi conventionis, hoc inter et illum anno 1564. Laufanna ratione Vandi factae per illum medium linea ducta est utriusque partis dominiorum terminus.

Laus ista lunatam exhibet figuram, et à Rhodani in illum ibidem usque ad ipsius effluuium novem juxta miliaria Germanica longus est et quatuor circiter latus. Multis vetustis Urbibus, Oppidij et Vicis cingitur, quorum parti Bernates, et parti Dux Sabaudie dominantur, quaedam etiam loca ad illius ripam non procul à Rhodani effluvio possidet Rex gallicorum Gessica adjecta.

Prope Genevam in eo prominet saxum in conum desinens et suprema sui parte complanatum, Betra Neptuni (Pierre Neiton) dictum, supra quod antiquitus Ethnici Involca Neptunus victimas offerabant. ante annos piratores ibidem decerpitam veti suo è laeu extraxerunt. Thim Laus ista Helvetiorum et Allobrogum colliminationem fuit.

[Faint, illegible handwriting on a ruled page]